www.e-rara.ch

# Pars III

In III tomum Plutarchi moralium, annotationes interpretis

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

# IN III TOMVM PLVTARCHI MORALIVM, Annotationes interpretis.

## IN REPVGNANTIIS Stoicorum.

Hic ergo eſt.) τοῦτο οὖν. *Niſi quid deeſt*, τοιοῦτος *uidetur omnino ſcribendum. etſi* τοῦτο *etiam legi poteſt* ἀναφορικῶς. *moxq́;* ἔτι μᾶλλον, *non* ἤδη. 5. 22. Vt Plato.) *Locus eſt in Protagora.*

8. 30. Cauſidicorum in morem.) δικανοῦντα. *Hæc uox uitioſa eſt, ſententia non obſcura. Mutilum eſt etiam* οὐ ἐν λόγοις. *Ego uideo in pleriſq; uitiatis quid ſit ſequendum, idq́; mea uerſio (ni fallor) teſtabitur. Sed commentarios ſcribere hæc non inſtitui. res ſunt obſcuræ, & non tales, quales breuiter è Grammatica aut ſcriptoris alicuius teſtimonio poßint emendari. Sunt enim hæc argutiæ contra ſpinoſas Stoicorum argutias.*

11. 21. Omiſſa clauſula.) παράληψιν. *planè contrarium* παράλειψιν *quaſi uerò non obſeruare opportunitatẽ & modum ſuos diſcipulos iubeat medicus paulò antè ſic legenti ſenſus occurret.* ὁ νόμος, εἰ μηδὲ προστάξειέ τι, καὶ τὸν, *etc. deinde* εἰδὲ μέγα. *lege meo periculo* μέσα. *Locus non eſt integer. Infrà* τὸν φαῦλον, *non genitiuo plurali legendum duxi. Et pro* κύματα *repone* κινήματα. *aliquàto poſt* ὡς δὴ *in* ὁ δὲ *muto. liquet. mox* καὶ τὸ σωφρένως ἀποσχ. *lego* καὶ τῷ σώφρονι. ἀπ. *nolui omnium quæ corrigenda eſſe ex mea uerſione & iudicio liquet, rationem reddere.*

21. 15. Idanthyrſus.) Ἰδάνθυρσος. *In Apopht. legitur* Ἰδάθυρσος. *Apud Strab.* XIV. *Idanthyrſus. Infrà de cõmunib. noticijs* Ἰνδάθυρσος *(pag. 826.) qui locus facit ad hunc explicãdum apud Herodotum libro quarto Indathyrſus. Verba Chryſippi, quæ mox*

ſequuntur, non ſunt integra. Infrà. ἃ γεγνῶσαν ἐπαινεῖ. Sic caſtiga-
bis, cùm totidem litteris fœdè legeretur ἀγγνῶς, ἂν ἐπαινῇ.

22. 33. Nam præter hæc.) ἐπεί τί δεῖ. Verſus Gæcos integrabis ex fine libelli de audiendis poëtis. Ego totos Latinè po ſui. Paulò infrà τῷ ἄῤῥενι, θηλυδοῦν. Locus uitiatus.

24. 5. Idem in exhortatorijs.) ἐν τῷ τῶν προτρεπτικῶν. Deeſt numerus libri. fuerunt autem aliquot. Et ſuprà tertius cita- batur. quanquam & abſolutè itidem προτρεπτικός. Mox καὶ τὸ φαγεῖν τι, deeſt τῶν ἀπειρημένων, aut aliquid tale. Pòſt ἔτι δὲ μᾶλλον. καὶ μὴ παρεῖναι. δὲ & καὶ inſerui, ut ſententia co- hæreret.

27. 35. In ornatu.) περὶ κόσμον legi, non patrio caſu. Sed ῶ uitioſum eſt: ſenſus ἀλλὰ requirit, & πρεπτὸς, non πρεπτὸν, ὅτι ἂν ἐπῃ λέγοντος. Si hæc rectè habent, ὅτι ἂν ἔπῃ λέγειν eſt inconſideratè loqui quidquid in buccam uenerit, nulla repu- gnantiæ aut conſtantiæ habita ratione. Ego tamen loco uerbi ἔπῃ puto ſcribi debuiſſe ἐπέλθῃ.

29. 37. Si ægrotaret.) καὶ τὸ νοσῆσαι. legebatur νοῆσαι. Sed hoc uoluit Chryſippus, uirtute præditis magna mala iuxtà minimis tolerari. Itaq; cùm amiſsioni totius rei perditionem drach mæ opponat, intelligere autem malum non ſit: ſenſi eum offen- ſioni leuiculæ morbum oppoſuiſſe.

33. 7. Cum cauſam motus.) Ἀΐδιον. fortè αἴτιον. & στρέφοντι, non ῥέφοντι: item non πεπειρωμένοι, quæ uox Græ- ca non eſt, ſed πεπηρωμένοι.

## IN COMPARATIONEM TERRE- ſtrium & æquatilium ani- malium.

Dialogus eſt, colloquuntur Autobulus & Soclarus. Perſona- rum notas ego perſpicuitatis cauſa adieci.

46. 11. Ad demulcendos.) Initio ſtatim ψυχὰς καλλύνειν. Tametſi ferri hæc poteſt lectio, mihi tamen magis pro- batur

batur quod in Cleomene legitur Plutarchi noſtri hoc ipſum dictum referentis αἰκάλλειν, quæ uox eſt elegãtior, & σαίνειν, θωπεύειν, κινεῖν, προῤῥιπίζεσθαι, id eſt (ut uno uerbo dicam.) blandiendo & demulcendo excitare ſignificat, ut Suidas & alij teſtantur. & ſic Ariſtophanes aliquoties in Equitibus utitur, ut cùm fartor ille ſe oraculo demulceri & ad remp. capeſſendam dicit excitari. τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με. θαυμάζω δὲ ὅπως τὸν δῆμον οἷόστ' ἂν ἐπιτροπεύειν ἐγώ. In Laconicis eſt κακανεῖν, quod nihil, puto, ſignificat.

47. 7. Et ſub cœlo volit.) ἐανάτι. Vox mihi ualde ſuſpecta, niſi ſi hîc ῥυφορὸν ſignificat. Scriptus habet αὐάτι. & in margine, quantum ex reliquijs (erat enim marginis extremum, unáq; cum eo litteræ abſciſſæ) colligere potui, πραπίδων πόντε χθονίων τε δάμναται βουλεύματα. quod ſanè eſt multo cõcinnius. hi uerſus citantur etiam à noſtro περὶ τύχης.

ibidem 15. Dignus ſupplicio.) ἐπιτήδειος. de hoc monui in annotatis ad orat. 2. de eſu carnium. ad δόρκης habet δορκάδες ſuperſcriptum ſcriptus.

48. 2. Cùm enim heri dixiſſemus.) λογισμοῦ παρέσχομεν. inter hæc deeſt εἰρηκότες aut tale aliquid.

48. 37. Cùm quoduis animal.) οὐ πᾶν. γὰρ ſenſus requirebat inſeri, & legi per interrogationem hoc comma quaſi parentheſin.

51. 7. Sed quaſi parare.) μέλιτταν, καὶ ὥσαν εἰ θυμοῦσθαι. Inter μέλιτταν & καὶ ſcriptus habet optimè interſerta hæc (ſi pro καὶ legas ἀλλά.) ἀλλ' ὥσανεὶ παρασκευάζεσθαι τὴν χελιδόνα. Mox μηδένα ἐμφλύῃ.) ἐμφαίνειν ſcriptus. μηδένα autem, non μηδὲν, ſtare poteſt. Et poſt φλαυρότητα, ἔχει, aut aliquid tale deeſt. δυναμένοις etiam ſcriptus habet, & Aldus. interim hiat contextus. Paulo infrà Διὸ τοῦ λογικοῦ. locum διὰ pro διὸ ſcripto & diſtinctionibus confuſis fœdè uitiatum corriges unius litteræ momento mutans.

53. 12. Quantum homo prudentia.) In Græco hæc

homo dicitur εὐηθείᾳ animalibus præſtare alijs. Sed εὐήθης planè eſt, eam uocem pro genuina ducere. fortè ἐπιμηθείᾳ. nam & hæc tolerari, adeoq; laudari poteſt in ijs, qui non ſunt Promethei.

56. 29. Munera rependens.) pro ἀντίδουλα & ἐνδέκτορα legi ἀντίδωρα & ἐνδέκτορα, è libello noſtri de Fortuna.

57. 16. Dionyſij Delphici.) ἀπὸ Δελφῶν. Impreßi ἀδελφῶν. ſcriptus φῶν. Grinæus παῖδας ἀπὸ ἀδελφῶν nepotes conuertit. quod ſi quis ſequi uult, non contendo. Ego in libro de ciuilibus præceptis, & alibi etiam, ſimilem errorem detexi atq; ſuſtuli. Sed & ἀριστοτίμ. γενησομένους non cohæret. Deeſt κατὰ aut παρὰ aut aliquid aliud. Videtur enim dicere eos Ariſtotimo adſtipulaturos eſſe.

58. 9. Eſt * alij.) ἡ μὲν ἀγορὰ. Hæc uerba quin ſint mutilata & uitioſa, dubitari non poteſt, & ſanè deeſſe puto aliquid. nam in hanc ſententiam orſum fuiſſe Ariſtotimum piſcium inſectationem, ut alios ſteriles diceret (id eſt ἄγονα, pro qua uoce ἀγορὰ ſubrepſerit) alios procreare contra leges naturæ. Si quis hæc uerba ἡ μὲν ἀγορὰ, &c. accipere uult pro clauſula forenſi, non litigo. Sed ἃ τὰ δὲ exordium quale ſit, uides. præſertim cum ſtatim alia lex Platonis citetur, quaſi alia antè adducta, quæ nuſpiam extat. Amplius. Mox legendū ἂν ἀπύρῳ. eſt enim Heſiodi uerſ. 521.

62. 1. Quòd autem minutas ſuas res.) Locus ualdè corruptus. τὰς δὲ τῶν σπερμάτων. κερμάτων ſcriptus habet. quod non omnino improbari debere uideatur, ſiquidem poſterior lectio, cuius mentio fit à Plutarcho, conſtet: ut κέρματα ſint res minutæ, quales etiam commorſas formicæ in ſuas recondunt cauernas. Quod ad priorem attinet, eam ex ipſo Arato reſtitui, quæ in Valderiana eſt quàm Moreliana planior. ὀχῆς utrobiq; legitur: rectè ſcilicet, ſi cauernā ὀχὴ ſignificat, quod alibi nondū memini comperiſſe. & ſuſpicabar ὀπῆς potius legēdum. niſi fortè quia cibum ὀχὴ ſignificat, etiam cauernam μετωνυμικῶς poëtæ ſignificat, ſeu penum, ubi formicæ cibum reponūt. Feſtus Auienus (Neq; enim

enim hunc locum à Cicerone uerſum exſtare puto) ſic uertit:

Cùm proprias ſolers ſedes formica relinquens
Oua cauis effert penetralibus, &c.

Virgil.1. Georgicorum ita:

Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter.——quem ſecutus ſum.

Apparet autem hos legiſſe, ut hodie legimus, ἐξ ὤεα. Quod ad aliam lectionem attinet, diuinare libet eam ἔξω ἐά fuiſſe. qualia à diuiſione & compoſitione uocum ambigua non in ſcriptis tantùm, ſed etiam in dictis occurrunt tam multa, ut Elenchi etiam ſophiſtici inde oriantur. ibidem 36. Synceris & meris.) ex ſcripto ἀπαραχύτοις reponendum, cùm ſit ἀταραχύτοις, pro elegante uoce abſurdum. Sunt & ſuſpecta multa, quæ mitto.

64. 16. Curſus flexibus.) ῥσύμασι. ſcriptus νσύμασι, quod quadrare opinor. Obiter pius lector notet Deucalionis columbam in Græcorum fabulis, de Noachica hiſtoria traductam. Paulo poſt οὐδὲ τοῦ ῥωμαίου.) niſi quid excidit, οὐ δὴ malim.

65. 5. A'quibus Heſiodus.) Vide pag. ult. conuiuij ſeptem ſapientum.

66. 12. Niſi fortè nihil iuris.) Legendum eſt εἰ μηδὲ Λυσιμάχῳ. Scribebatur traiectis particulis, & perperam diſtinctionibus poſitis θηριώδης. εἰ δὲ μή. Mox καὶ τὸν αὐτὸν δρᾶσαι ſcriptum erat. quod planè abſurdum producit ſenſum. Ego cùm ad αὐτὸν uiderem in ſcripto infernè allitum à correctore ἀστὸν: id prætuli, & canis proprium nomen exiſtimaui, quale & Capparus paulo antè occurrit. Paulò poſt ὅτι τῶν παραδειγμ. legendum ὁτιοῦν, ut conſtet ſententia.

68. 22. Ceruæ.) τῶν ἐλάφων. In ſcripto eſt τῷ ἐλέφαντι, planè ad aliud animal relata hac calliditate. Sed id librario puto deberi.

70. 27. Valdè ridiculi.) ἢ καὶ πολὺς. ἢ καὶ τοῖς πολλοῖς ſcriptus. Locus eſt obſcurus. uerſio mea docebit te quid ſentiam.

Quod de luſcinia ex Ariſtotele dicitur, eſt lib. hiſt. animal. 4. 9.

73. 1. Formicarum cauernam.) μυρμηκιὰς & mox μυρμήκων ſcribo. Legebatur μαρυκιάς, & ὃν μαρυκημάτων, quæ cum nihil ſignificarent, hiſtoriam in emendando ſecutus ſum, quæ & infra in quæſt. naturali uigeſima ſexta traditur, & apud Aelianum de animal. hiſtor. lib. 6. cap. 3. Paulo infrà in Orygis hiſtoria, Ὤρυγες habet ſcriptus, ω magno, cum ὄρυξ apud Ariſtotelem & Aelianum legatur.

74. 33. Exſtinguuntur.) ἐγκαταιοβεῖται. ſic legendum ſenſus docet, non βεῖται. ſcriptus habet ἐγκατασκεδάσασθαι, prorſus uitio. Illud autem quod ſequitur οὐχ ὁρῶν ἀλλὰ κινῶν non ſatis aſſequor. fortè ὂν χορῶν.

77. 21. Plumbi ſimilis.) μολυβδαίνῃ, non δίνῃ, quod tamen & in ſcripto eſt: ſed ιν ſyllaba eſſet breuis. Omnia quæ ego uidi Homeri exemplaria αι habent. Iliad. ω. 80. Deinde uerba hæc ἔπειτα πρὸς ἄλλο ὄρχομ. δεῖαδ. mendoſa ſunt: quibus tamen uoluit declarare cornu ante hamum filo annecti, ne morſu filum piſcis abrumperet.

79. 23. Veſicam enim.) ſcilicet κύστιν. Legebatur μύστιν, & in ſcripto μύστην. quod quid ſit, non aſſequor. Sed nimirum affinitas litterarum κ & μ, errorem peperit.

80. 13. Retrahi in ſe.) legi καὶ πάλιν συσφίχειν. Legebatur mutilata uoce παῦ.

81. 27. Excepto ellope.) ἔλλοπος. Hoc uocabuli poëtæ pro quouis piſce ſumunt, unde piſcari eſt ἐλλοπιεύειν, Theocrito Idyll. 1. Vide Euſtathium in Odyſſ. μ. 252. & Athenæum libro ſeptimo, ubi docetur eſſe cum acipenſere eundem. quod idem eſt apud Plinium lib. 9. cap. 17. Etſi in fine lib. 32. uideatur negari. Certè deſcriptio priore loco tradita cùm Plutarchianis optimè conuenit. Et confirmatur hæc opinio Nigidij Figuli uerbis apud Macrobium 3. Saturnal. 16.

84. 30. Eas amicitias componere.) παραβάλλειν; ὁ γὰρ. Vtcunq; hæc cohærent. ſed puto legendum παραβάλλειν ἃς

ὁ Ἀρ.

ὁ Ἀρ. ſic enim ſententia erit concinna. Infrà ὅτι δὲ ἐν τῷ ποτ. ὅτι pro ἔτι legitur, falsò. Alteram enim cauſam refert, cur tam multi in Euxino naſcantur piſces. ἄφιτον καὶ ἱέμενον.) lego ἱδρωμένον, aut καθιδρωμένον. De hoc piſce uide Euſtathium Iliad. π. 407.

89. 1. Tale quid in Delo.) Δήλῳ δήποτε. Verſus eſt Homericus Odyſſ. ζ. 162. ad quem eleganter alludit locum. Quæ præcedunt de apib. admodū ſunt uitiata. Sequitur aūt locus ualde corruptus: neq; ullum ad eum reſtituendum in ſcripto eſt auxilium. Quod ad nullum (ſiquidem is eſt Græcorum φίγλα.) attinet, eſt apud Athenæum eſu eius Venerem extingui, ſterilitatemq; induci, libro VII. ut fortaßis Veneri is piſcis ideò fuerit immolatus, & dicta ἀφροδίτη φιγλοβόρ@ aut aliquid tale. Ibidemq; Dianæ ſacer piſcis dicitur. Abſtinuiſſe eo ut ſacro Eleuſinios myſtas, & Iunonis Argiuæ antiſtitam, habet etiam libro nono Animalium hiſtoriæ Aelianus cap. 51. & 65. Sed his adhibitis reduuia fortaſſe aliqua curari poteſt: capiti mederi non poſſum.

90. 3. Delphini in morem.) Δελφῖνος ἀπόκελσιν. fortè ὑπόκελσιν, ſicut legitur 7. Sympoſ. ca. 5. pro αἰτησάμενον malim αἰτιασάμενον. de Heſiodi cadauere locus eſt mutilus. Sed integra hiſtoria ſub finem conuiuij ſeptem ſapientum exſtat. Γοβιδῶν.) Non ſcio qui ſint, & an ἀπὸ. ut ſit in mare de ſaxis quibuſdam Penthidibus præcipitata. Pro Σικιῶνος legi Κύθνος. & inſula & ſcriptura uicina. In fine libri Sophoclis uerba cohærebunt, inſerto poſt ἀμφοῖν uel ἐι, uel ὃς.

## IN LIBRVM DE ANIMI IN Timæo procreatione.

92. 32. Indiuidua eſt.) τῆς ἀμόρφους. apud Platonem ἀμερίστου legitur, cui τὸ μεριστὸν mox opponitur. Sed & τὸ ἀμερὲς pro eodem paulo pòſt ponitur. καὶ ante κατὰ abundat, & ὡς ἂς pro ὅσας mendosè legitur.

93. 33. Alterum quietis.) legebatur μονὴν ψυχῆς, prorſus contra ſententiam, ταὐτὸ uocat nimirum μονῆς, quietis mo-

tui oppoſitæ principium, ut τὸ ἕτερον mutationis. Sic itaq; lego hūc locum. συμμιγέντων (ὧν τὸ, &c. τὸ δὲ μονῆς) ψυχὴν γ. nec dubito quin ſic etiam Turnebus legerit.

94. 33. Tangi viderique.) ἁπτὸν ὁρατόν. Καὶ inſerui inter hæc duo uocabula. ſic & Turnebus. 95. 32. Quod alienū.) παραμυθούμενος τὸ ἀληθὲς τοῦ λόγου. illud ἀληθὲς planè repugnat ſenſui. ἀλλόκοτον aut aliquid tale requiritur.

96. 31. Quæ ab eo.) ἀπ. αὐτοῦ. malim ὑπ' αὐτοῦ. ſed quia aliquando iſtæ particulæ confunduntur, non contendo. qui confuſionem librarijs, non autoribus imputandam credent, ὑπ' reponent. dixi de hac re alibi.

97. 19. Quo pacto id defendent.) ψυχῆ * γε οὐ σώσονται. quo tandem modo tuebuntur, Turnebus: ſiue meliorem lectionem, ſiue coniecturam ſecutus, quam ualde probo, etſi quid legendum duxerit ſuſpicari eſt lubricum. Pòſt uerba Platonis ex ipſo autore corrige, ac noſtra uerſione: & quidem non uno loco, ſed compluribus.

98. 28. Ignorans Eudemus.) Videndum an is Eudemus ſit, qui ſupra Eudorus legitur, ut & infrà de medietatibus.

102. 1. Quàm mundum.) ἐνθάδε * ἡ τῶν βιῶν. Quin magna hîc de libro ſit facta iactura, ne obſcurum quidem eſt. ego indicare id allitis aſteriſcis potui, nihil præterea. Numerus autem, qui à Pythagoreis γάμος ſeu coniugium uocatur, is eſt quinarius: ut cum aliunde tum ex libro de Ει apud Delphos notum eſt. Vide etiā ſecundam quæſtionem in problematis Romanis. Nam alia ratione etiam ſenarium γάμον dici, infrà intelliges. Sed quæ aſteriſcum ſubſequuntur uerba, planè ſunt mendoſa. quod uel ex eo perſpicuum fit, quia negatur quadratum numerum, ternario ad unitatem adiecto, effici, quo falſiùs dici poteſt nihil. Dicam quod conijcio. Numerus 36, ut eſt apud noſtrum in libro de Iſide & Oſiride, τετρακτὺς ſeu quaternio Pythagoreorum, ac ſanctiſſimum iuſiurandum habebatur. Cuius cùm hîc fiat mentio, non dubito quin de eius conſtitutione egerit Plutarchus, & ad ψυχογονίαν à Plato-

tònis Timæo diſcrepantem accommodârit. Is aũt procreatur ex duabus primis quas uocant progreſsionibus, quatuor terminos compræhendentibus minimos ſcilicet numeros, hac impares, altera pares. nam & unitas hîc pro numero habetur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Imparium | 1 | 3 | 5 | 7 | Progreſ- |
| Parium | 2 | 4 | 6 | 8 | ſio. |

Voluit autem (ut conijcio) Plutarchus oſtendere quatuor ſyzygijs (quibus omnes numeri, ut expoſiti ſunt, in unam contrahuntur ſummam) iſtam tetractyn colligi, quarum tres primæ neq; pro ſe ipſæ, neq; inter ſe copulatæ quadratum gignant numerum. Nam 1 & 2 ſunt 3. 3 & 4 ſunt 7. 5 & 6 ſunt 11. atqui neq; 3. neq; 7. neq; 11. neq; rurſus 10 (ut 1.2.3.4.) 14. (ut 1.2.5.6.) 18 (ut 3.4.5.6.) 21 (ut 1.2.3.4.5.6.) quadratum nullum referunt numerum. at ſi quarta ſyzygia, quæ ex 7 & 8 colligitur, nimirum 15, tribus prioribus addatur, iam liquidò quadratus numerus 36 conſtituetur. Ex his facilè iudicabit lector, primæ ſyzygiæ mentionem excidiſſe, & ſecundæ nomen: ubi pro μιᾶς ſit τετράδος legendum. & τετάρτη μὲν ἐστὶν ς΄, καὶ ἡ, &c. Idem intelliges octo primis numeris ordine expoſitis, & binis coniunctis: ſic

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1.2. | 3.4. | 5.6. | 7.8. |
| 3 | 7 | 11 | 15. |

Ita ipſæ ſyzygiæ quoq;, primi quadrati numeri (qui eſt 4.) interuallo æqualiter ſe conſequuntur. Cætera ſtudioſus arithmetices diſpiciat, mihi monuiſſe ſatis eſt hoc loco. non enim ſcribo commentarium. Paulo poſt καὶ ὑπογέγραπται) puto legendum, ὡς ὑπογεγ. ſicut & infrà pag. 639. habetur. Sed librarius eam deſcriptionem omiſit: nos in gratiam lectoris id quoq; laboris ſumſimus. Sic ergo habet.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | 3. | 9. | 27. | tripla | progreſsio. |
| 1 | | | | | |
| | 2. | 4. | 8. | dupla | |
| Summæ | 5. | 13. | 35. | | |




103. 21. Figura KMBO.) καὶ ἔσται τὸ μὲν κμξβ. Hæc inſerui, cum res ipſa ita flagitaret. ſicut & illud, τὸ δὲ αλμν ξ. atq; adeò ut loco lucem adferam, diagramma ei accommodatum ſubijciam.




ib. 36. Quot dieb.) ἐν ὅσοισι. Aldinus ὅσοι. neſcio unde tam poëticè: & μοίραις pro diebus. lego ὅσαις ἡμέραις. Mox ἐφ' ἑτέραις ἀρχῆς. lego ἀφ'. Mox poſteriùs καὶ τοῦ τριγώνου τὰ δηλῶ, καὶ παραλληλογραμμ. temerè inculcatum eſt, ideoq; expungendum.

104. 20. Vt media ad ſummam.) ὡς μέση πρὸς ὑπάτην.

τλω.ſic omnino eſt legendum.non ὡς νήτη πρὸς μέσλω.ut enim ex proportionibus ſeſquitertia & ſeſquialtera duplam componi conſtat, ſic ex διὰ τεσσάρων & διὰ πέντε componitur integrum διαπασῶν. nam G ſolreut (uerbi gratia) & g ſol re ut, diſtant διὰ πασῶν. cum à G ad c ſit quarta ut uocant,à c ad g quinta.Sed & quod de medietate harmonica ꝓxima pagina ſubſequitur,meā lectionē tutatur. ex mea trāslatione et hæc & alibi, ubi in operto res eſt,colligetur quid ſenſerim & defendipoſſe arbitrer. 107. 5. Cùm aūt dixiſſet Plato.) ἡμιολίων δι. Hunc locum ex Platone & Procli in eius Timæum commentarijs reſtitui.ὄντι pro αὐτῇ ſcriptum fuiſſe ineptè,patet.

Non multo poſt Verſ. 28. Habet ſeſquioctauum.) ἐπόγδοον ἔχων τὸν κ.Dubio procul inſigni menda eſt fœdatus hic locus, & obſcura ſunt reliqua,neq; admodum (ſi quid uideo) à Timæi Platonicis interpretibus horum ſententia uel intellecta uel expreſſa.Primùm hæc ſic lego, ἐπόγδοον ἔχων τὸν οβ, καὶ οὗτος τὸν πα. Sunt enim continuè proportionales numeri ſeſquioctaua ratione 64. 72. 81. At uolebat de Plutarchi quidem ſententia Plato inter extremos quorum alter alterum eiuſq; trientem contineret,hoc eſt inter duos ſeſquitertios duos ſeſquioctauos continua proportione interijcere. quam ad rem ij erant futuri oppidò apti, ſi per ſenarium multiplicati eſſent, de cuius dignitate ſuprà fuit dictum.Ita enim 64.erat in 384.euaſurus,itaq; omnino ea habitura,quam Plato requirebat,progreſſio.



*λεῖμμα autem erat futurum 26, quantum ſcilicet 512 ultimus penultimum 486 excedit. at λεῖμμα 13 modò eſſe debuiſſe, ſuprà eſt explicatum. Itaq;, non 384 ſed 192 primum numerum ponit Plutarchus, ex 3 in 64 productum. cuius rei cauſam ipſe tradit. numerorum hæc eſt expoſitio.*




110. 18. In numeris eſt inter 256 & 243.) *ἐν ἀριθμοῖς τὰ σνς.* Heic *ὑπερέχουσι τῶν σμγ.* aut aliquid tale excidit. Sed & mox *ἐπόγδοα* pro octaua parte à librario potius quàm autore poſitum puto pro *ὄγδοα* aut *ὑπογδ.* Non piguit autem etiam alterius ſententiæ delineationem ſubdere: quæ quidem mihi neq; minus concinna, neq; minus mathematica quàm prior uidetur.



111. 36. Nam ſeſquitertia.) τὸ γὰρ ἡμιόλιον. *Verba ſunt deprauata, ſententia non multum detrimenti paſſa. Seſquialterorum, inquit, mentio poſtmodum à Platone fuit neglecta, quia compoſitis ſeu additis proportionibus ſeſquitertia & ſeſquioctaua, ſtatim ſeſquipla emergit. nam proportio quæ ſcribitur* $\frac{9}{8}$ *addita ad eam quæ notatur* $\frac{4}{3}$ *gignit proportionem* $\frac{3}{2}$ *hoc eſt ſeſquialteram. quod norunt eruditi. Lego itaq; ſic,* τοῦ γὰρ ἐπιτρίτου τῷ ἐπογδόῳ προστιθεμένου συμπληροῦται καὶ τὸ ἡμιόλιον. *mox* ὑμῖν ἂν αὐτοῖς *pro* ὑμῖν *reſtitue. manifeſtum hoc, & ſic Turnebus qui & in fine paginæ* ποιοῦσῃ *nobiſcum legit. &* σχίσει. *In quo nimirum reſpicitur ad* χ *illud ſiue* χιασμὸν *qui in Timæo commemoratur.*

112. 18. Pares & plani * .) ὧδε * κατὰ τὰ αὐτὰ. *Deſunt multa, quæ haud dubiè de numerorũ elegantẽ habuerũt progreſſionib. et harũ comparationib. cõmentationẽ. ſed quid facias?*

113. 20. Qui harmoniam.) ἁρμονίαν περιέχοντα. *Omiſit hæc Turnebus, quia mendoſa erant, & legebatur* ἁμαρτίαν. *Ego ex ea quæ ſequitur ſub huius libri epitome titulo ecloga hunc locum correxi.*

116. 1. Ipſe motus diuerſum.) ἣν δὲ τὸ θάτερον. *Turnebus legit, ut uerſio eius ſuggerit,* ἣν δὲ τὸ θάτερον ἡ κίνησις, ὥσπερ ἐστὶ στάσις, *aut fortè* ἐν ταὐτῷ στάσις. *nã recepta lectio eſt uitioſa. lege* ἐστὶ ταὐτὸν στάσις, *quomodo planè in ecloga habetur, et ſentẽtia flagitare uidetur. paulo ante* δόξας ἐναρθρους, *nõ* ἀνάρθρους *legimus maximè ob uocem* τεταγμένος. *Sed & illud alterum quod defendi utcunq; poteſt, relinquimus.*

120. 29. Quarum vna eadem parte.) *Hunc locum ex ipſo Platone, ut & alia multa, integrauimus.*

124. 37. Beſtiarum coagula.) εἰσὶν αἱ πιτύαι, *pro* εἰσὶ καὶ πυτίαι *lego. & tamen non cohæret. & ſupra* Ἄγριος *pro* ἄγριος, *ex ſenſu. Iam* κατ' ἀξίαν *non eſt obſcurũ quin ab* ἀταξίᾳ *pro manarit, &* ἀπόφανσιν *p* ἀπόφασιν. *Paulo poſt* τὸ δὲ πᾶσι θεοῖς *uitium eſt, ſuſpicor legẽdũ* τὸ δὲ πᾶσιν, οἷς ἐν, *etc. et* ἀναρσίους *nõ dubito quin res poſcat, nõ* ἀναρτέους, *quod nihil eſt. Sũt aũt et alia partim à nobis correcta (ut cũ τοῦ αὐτοῦ p τούτου, pro* διωρίσους δὲ τὸ

καθέκαστα, ſcripſi θεωρέοντες, τὰ δὲ καθόλου καὶ τὰ καθ. item prò ἀπαρτησόμεθα παραιτησόμεθα) partim ob obſcuritatem, & ne nimis temerarij uideremur, in medio relicta. Nam quæ ſubiungitur epitoma, epitoma non eſt, ſed decerpta quædam ex libro fragmenta.

## IN AMATORIIS NARRAtionibus.

128. 5. Phido.) φίδων legendum, ut & poſtea.
ibidem 28. Vi rapere.) συναρπάσαι legendum, non σαρ. nondum enim rapuerat, ſed raptionem meditabatur. Poſt ἐπικώμασον autem deeſt οὖν, aut tale aliquid.
131. 28. Gliſante.) Γλείσαντος. Apud Stephanum & Strabonem libro nono, per ι ſimplex legitur Γλίσας. ſub finem huius narrationis κλείσας mendosè, quanquam id ſecutus ſit Politianus. infrà παρὰ pro περὶ τῷ ἰλιῃ. repono & Θηβαιοῦσι pro Θηβοῦσι non tam Stephani autoritatem, quàm analogiam ſecutus.

## IN QVAESTIONIBVS NAturalibus.

133. 27. Quæſtiones naturales.) αἰτίαι. cauſæ enim red duntur eorum, de quibus eſt quæſtio. Sic ſua problemata Romanorum rerum αἴτια uocat autor in Romulo & Camillo.
134. 22. Vt Laito viſum.) λάϊτος. ſic aliquoties legitur, quis autem fuerit, ſi nomen hoc eſt integrum, dicam ubi compertum habuero. Arati uerſum ex Arato corriges. 946. In quæſtione quarta uide an pro εὐαρδέστερα εὐαλδέστερα ſcribendum ſit, ut 4. Sympoſiac. 2. ſed & illud eodem recidit.
137. 18. Euomit ore ſuo.) Locum Homeri ex ipſo autore emendabis. Odyſſ. ι. 322. & γε pro τε ſenſu inducente ſubſtitues.
138. 10. Bis tantum appendat.) ἱστάμενον. appenſum, in trutina examinatum. id enim eſt ἵστασθαι, quod monui ne quis

Græca cum Latinis comparans, de hoc loco in dubium ueniat. Sic Plato Εὐθύφρ. ἰδὼν τὸ ἱστάναι ἐλθόντες, περὶ τοῦ βαρυτέρου καὶ κουφοτέρου διακριθέντων ἄν. Illius ergo fontis aqua hyeme bis tantum atq; æſtate appendebat. Cæterùm conſidera, an non in fine huius problematis rectiùs μαλακία legeretur quàm μαλακόν. Sed in tam breui libello multa ſunt mendoſa, quæ lector facilè depræhendet.

141. 10. Triticum.) σῖτον ἐν πηλῷ. Niſi fallor, hunc uerſum octonarium Iambicum alibi etiam legi.

142. 36. Aiunt adſiduò.) συνεχῶς. Vide num legendum ſit συνεχῶς, ἃ τοῖς ἄλλοις οὐ προσελθεῖν πρὸς τὸ σῶμα. ὁ δὲ ita enim utcunq; cohærent omnia. Sed cum corruptis, ex coniectura aliquid remedij referre ſit res nequaquam pœnitenda, quis ſuccenſeat nobis, ſi quid exciderit, diuinare non licet.

143. 3. Cauernoſa.) ἀνθρηνιώδης. mendum eſt ἀν θρηνιώδης. Ego ὑφὲν legi. ſcribunt Græci ἀνθρήνην genus ſiue apis eſſe, ſiue ueſpæ, & eorum opus ἀνθρήνιον uocari. notum eſt autem foraminibus eſſe refertum cereum illud opus, quæ melle implentur, itaq; ſuſpicor ἀνθρηνιώδη eſſe multis foraminibus apertum. Ariſtoph. in Veſpis ἀνθρήνια pro domibus poſuit, cauernas ſcilicet. στέγειν ἐπὶ πολλοῖς) non probo. Mallem ἐπ᾽ ἐπιπολῆς, aut ἐπὶ πολύ.

144. 23. Cur vrſæ.) τὰς ἄρκτους, non ἄρκτου. Aldus habet τοῦ, quod ſi legas, expungetur ἔχειν. proxima quæſtione 145. 3. Origanum.) οἷον ὀρεινὸν, forte ὀρίγανον.

ibidem 32. Herbam edunt.) ἐσθίουσι πόαν, ἵνα. hæc reſtituo pro ἐσθίουσαι, ἢ ὅταν καὶ. neq; magnum eſt inter falſam lectionem diſcrimen, & eam quam ueram eſſe uel ex Aeliano poteſt cognoſci. uide hiſtoriæ animalium lib. 8. cap. 9. & lib. 5. cap. 46. Quin & noſter ſuprà in comparatione terreſtrium ac aquatilium beſtiarum, κύνες δὲ (inquit) πόᾳ τινὶ καθαίροντες ἑαυτοὺς χολερῶντας. Atq; ex eo ipſo loco ἀσαμίνθω pro μασωμένω repoſueris uoce inutili & ſuperuacanea: eſt n. ibi ἀσώδης.

147. 5. Nihil dentium auxilio.) *ἀμὴ καὶ. forte, ἵνα μὴ καὶ δίοι τῶν ὀδ.*

ibidem 18. Pleriq; horum.) *οἱ πολλοί. Locus mutilatus, ut & ſequens quæſtio. Mediolanenſem codicem, ex quo & hanc, & ſequentem, aliasq; inſuper octo quæ nobis deſunt, uertiſſe ſe ait Gybertus Longolius, uidere mihi non contigit.*

## IN LIBRVM PRIMVM CONuiualium ſermonum.

*Inter philoſophos qui ſcripſerint in conuiuijs diſputata, Prytanis refertur. Ego hoc nomine nullum noui philoſophum, & uocem appellatiuè accipere τι & καὶ copulæ non ſinunt, neq; (ut puto) ſententia patitur.*

150. 13. Equidem ſunt.) *ἀλλὰ γὰρ legendum eſt. & melius quadrat quàm ſi ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον legas interrogatiuè. nam recepta lectio non poteſt ſtare.* ibidem 22. In conuiuio.) *uox πάροινον aliquid ab ebrietate profectum ſignificat, non quod in conuiuio etiam ſobriè diceretur itaq; eo ſublato παρ' οἶνον ſcribes, ne quis ex uitioſo loco (ut fieri ſolet) nouam obſeruationem cudat.*

151. 1. Legibus imperato ſilentio.) *ἐν θεσμοθείῳ πη. non uacat mendo hic locus, & θεσμοθεῖον quid rei ſit, non planè puto ſciri poſſe. Ex antitheſi liquet, Oreſteum conuiuium uocari, in quo, ne homo ſceleroſus admitti peteret, altum ſeruaretur ſilentium. Quid ſi ἐνθεσμῳ σιωπῇ legendum rectè ſomnio. Quomodo exceptus conuiuio Oreſtes fuerit, nondum ſolutus ſcelere, licet apud Athenæum legas libro decimo, & Suidam in χόες. Sed apud Euripidem præſtat in Iphigenia Taurica legere, ubi ipſus narrans, hæc inter alia dicit: Σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ', ὅπως Δαιτὸς γενοίμην, πώματός τ' αὐτοῦ δίχα. Iunius hic neque mihi, neque (quantum uideo) ſibi ſatisfecit. Quis enim uideat omnia. Apud Macrobium 7. Saturn. 1. ad Areopagiticum iudicium refertur, ineptius quidem, & conuiuio minus accommodatè. aliàs illud caput hinc magna ſui parte exſcriptum apparet.*

Deniq;

Deniq; Oreſtis conuiuium diſertè deſcribitur infra lib. 2. συμποσ. cap. ult. πότους legendum, non τόπους. ſatis conſtat. Sed & pro εὐτυχὲς malim ἀτυχὲς legere, aut ſaltem οὐκ omittere. nam non malè agitur cum indoctis, quoties iis licet ſilentio ſuam inſcitiam tegere: quam ſi loquendum eſſet, celare nullo modo daretur. Res eſt nota. Paulo poſt pro ὀργογώνης, quod erat monſtrum, Ἑρμογένεις reſtituo, non enim ignobilis eſt apud Plato. Hermogenes. Poſt τὸ τοῦ Πεισιστράτου legendum. nam ſic ſolent Græci, non τοῦτο.

152. 27. Succis imbuta aqua.) ἀποβρέγμασι τῶν. Librarius per incuriam loco uitium non à quouis animaduertendum obtulerat. Vox eſt medicis non ignota ἀπόβρεγμα. Ἀειστορέων quid herbæ ſit, neſcio: neq; ſtatim pro uerbena accipio, quanquā eā magicis incantationib. & luſtrationib. adhibitū nō nego. Ita quidem ut hîc, etiā apud Euſtath. in fine fermè cōmentarij in Odyſ. χ. legitur: & apud Varinum in Lexico, eius uerba referentem. ἐκ quoq; ante πορικλύδων non admodum probo.

153. 31. In tabula.) κατακεχαμένῳ. Locus uitiatus. Sed fabula etiam pueris eſt nota. non multo pòſt τὸν κυρίττοντα omnino legendum, non κυρισσοντα. Fuit enim ut Vtis Auxomenos, & alij, ita & Cornupeta ſeu cornutus Sophiſticæ farinæ ſyllogiſmus, de quo aliâs.

154. 20. Aſaron appellabat.) pro ἄσαρκον lego ἄσαρον, qui mihi non dabit myrtum eſſe quæ uocetur aſarum, is oſtendat eſſe, cui aſareo ſit nomen, ab ἄσω, canam, noſtrum non paulo commodius potuit deduci puto: quanquam etymon hoc ab autore ad rem notam accommodatum, non à reipſa deductum uidetur. Plinius. aſaron inuenio uocitari, quoniam in coronis non addatur. 21. 6. Iunius ἄδαρκον habet, quod unde uel quale ſit, non ſatis uideo. pro οἰδῶν legendum ᾄδειν.

155. 13. Adbiberant.) Hic legendum ὑποσπιανωκότες. perculſi aliquātulum, interpres. putauit. n. rectè legi ὑποσπιτατωκότες, atqui taliū nō eſt. ridere affatim, et ea agere quæ hi agebāt, & cur fuiſſēt hoēs inepti ob ambitionē pculſi? Ego uerbū huc qua

drans ſubſtitui, quo eodem prorſus modo lib. de repub. ſecundo uſus eſt Plato, uſi & alij ſunt. Etenim, inquit, multi aliquantum ſubbiberant, uel adbiberant enim multi eorum ſic ſatis. Eſt enim μετρίως ὑποπίνειν, citra ebrietatem uino indulgere. paulo infrà τῷ Δὶ ἑκατον dictio poſtulat, non τόν. & μέλειν pro μέλλειν reddidi, curæ eſſe.

156. 9. Qui eo minor eſt.) Quanquam plurimi, ut par eſt, à me fit Adrianus Iunius litteraturæ cultioris decus, & optimè de rep. erudita meritus: tamen hoc quidem ei minimè aſſentior, quod uocē δευτερούντων quaſi ſubdititiam loco mouit, et δαιτρευόντων eius loco ſubſtituit, eumq; Latinè dixit, qui miſſus apparat. neque libet huius uerſionis initium demonſtrare, cùm neq; neſciatur δαιτρεύειν eſſe diuidere, portiones diſtribuere, dictosq; δαιτροὺς ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν καὶ διανέμειν (ut ſub finem libri ſecundi huius operis Plutarchus etiam teſtatur) & nihil hic loci ſit δαιτρεύοντι. Nam hoc uoluit Plutarchi pater: ſi conuiuæ à præbitore collocentur: ea ratione & digniori honorem deferri, honeſtiore loco dum accumbere iubetur: neq; id eum qui poſthabetur, & inferiùs collocatur, ægrè ferre, cùm hunc non præripuiſſe locum ſuperiorem, ſed iuſſu Sympoſiarchæ cepiſſe uideat: itaq; ipſum adſuefieri, ac diſcere uſu locum dare & cedere potiori, cùm hunc in conuiuijs honeſtis morem teneri animaduertat. Eſt enim δευτερεύειν ſecundum locum obtinere, δευτερεῖα φέρειν: ſicut πρωτεύειν primas ferre, & δευτερεῖα hoc ipſo capite commemorantur (ne quid aliunde afferam) itidem ut παρὰ τὸ πρωτεύω τὰ πρωτεῖα. Hanc loci ſententiam cùm elegantem tum geminam eſſe, omnes mihi exiſtimo eruditos adſtipulatores fore: eamq; indicare habui neceſſe, ne quem Iunij autoritas abduceret & ad mutandum impelleret. Idem & Biantis factum, delatum ſibi arbitrium de amicorum lite recuſantis, malè expreſſit, διαίταν cœnam uertendo. Sed perſequi iſta nō eſt huius loci. Reſtituo etiam τὴν λεγομένην. Sic enim prouerbia ſolent citari, non ἀγομένην. Lacunas autem, quia nullus codex ſuppetias fert, ita uti inuenio relinquere coa-

ctus

ctus ſui. ferent hanc mecum eruditi ſortunam, dum aliquis aliunde impleat. Ipſum quoque Iunium uideo de multis ita deſperaſſe, ut tota omitteret problemata, nonnulla ſuo arbitratu continuaſſe. Sed Plutarchi uerba reddere non poſſum: ſimq́; id ſi coner, nimis temerarius.

157. 9. Iam ſi quidem.) Legi ἂ μὲν. Sic & Aldus, non μὴ, eſt enim dilemma.

158. Ille Lyciorum rex.) ὁ τῶν Ἑλλήνων βασιλεύς. atqui uerſus non eſt Græci, uerùm Lyciorum regis, Iliad. μ. 311. ut ſit uel μνημονικὸν autoris, uel librarij incurium ἁμάρτημα. Laodamantem ex ipſo Homero repoſui Odyſſ. η. 170. Paulo poſt ἑνὶ ποιεῖν μᾶλλον. locus decurtatus. ſententia eſt: Atqui fatetur Timon, alijs non eſſe adimendum, quod uni deinde eximium deferas. fortè ſcriptum fuit τῶν ἄλλων τὸ κοινὸν, τῷ ἑνὶ ποιεῖν ἴδιον, ſed hæc coniectura eſt. Nam illud quidem δρόμου huc non facit, & ἄν τι ἀστοχεῖν lego ἄν τις. paulo poſt. ἂν δὲ * τοὶ) ſi ſint, inquit, honoribus aliqui æquales, cæterùm moroſi. apparet τοι eſſe caudam alicuius adiectiui.

159. 1. Alicui cognatorum.) τῶν ὁμοφύλων. lego, tribulium. quid enim δοῦλοι aut ὁμόδουλοι in tali conuiuio. tribulibus autem inter ſe coniunctionem peculiarem fuiſſe, non ignoratur. & παρὰ τῷ δεχομένῳ haud dubiè ſcribendum eſt, non παραδεχ. Hoc uult: etiam inter eos qui dignitate ſunt æquales, tamen inuitatorem facilè ordinem inſtituturum, quatenus eorum aliquis genere, neceſſitate, aut etiam tribus coniunctione eſt reliquis ei propior. id Iunius non ſenſit.

ibidem 27. Ob nobilitatem.) διὰ τὴν συγγένειαν. lego ob ſenſum, & παραλαμβανομένων genitiuo plurali, quem exempla requirunt ſubſequentia. Et in ſecundo uerſu Empedoclis in λιθορρίνων literam ρ metri gratia geminato. ſignificat cute ſeu tegumento ſaxeo munitorum buccinorum. ſic χελώνη in oraculo Pythiæ apud Herodotum κλειοῖ eſt κρατάιεινος, ualido tegmine, quanquam mendosè ibi η pro ι ponitur in κραταιρήνοιο. καὶ μὴν

pro ναὶ μὴν lego. Sic enim legitur infrà de facie Lunæ, commodiùs, niſi fallor.

161. 6. Rixoſos.) στραγαλιῶντας. Forte στραγγαλιῶντας, peruerſitatis ſtudioſos & rixarum, στραγγαλιαὶ ſunt etiam notæ ex Pſalmo ρκδ. uide Suidam. pòſt ὀξυτόμους deeſt uox una, ἐπιεικῆ puto, ἤπιον, ἐνκῆ, aut aliqua talis.

161. 22. Secundum hæc.) ſuſpicor legendum ἐκ δὲ τούτου.

162. 19. Nox incutit.) Locus eſt miſerè deprauatus. Cæterùm uerſus hic eſt Aeſchyli uitiosè etiam ſuprà adductus in libro quod ſecundum Epicurum ſuauiter uiui non poßit. Exſtat autem in Supplicibus. Eſt itaq; legendum : οὐ γὰρ μόνον ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ, κατὰ τὸ Αἰσχύλειον, ἀλλὰ reliqua ſunt manca, & ἀκοῦσαί τι ſcribendum. ſenſus ſatis patet. hiſtoria Archiæ, cuius hic mentio fit, recenſetur ab autore in uita Pelopidæ, & de Socratis dæmonio.

164. 28. Inſomnia, &c.) ἄλυποι ſtare non poteſt, cùm contrarium ſit uerum. neq; enim uideo cur curis intento, ut etiam mœſtitiam à curis abeſſe largiamur, non magis noceat uinum, quàm ei qui nullis curis angitur. Cogitaui ἄϋπνοι ſcribendum : quia curarum comes eſt inſomnia.

165. 26. Iucundis vtil.) ἀφαιρεῖται ἄνω. Locus uitiatus. Sed & οἷς ἂν οὐκ ἐν καιρῷ ſcriptum fuiſſe puto. paulo ante pro συμπολιτικὸν, liquet συμποτικὸν legi debere.

166. 8. Claudos ſaltare.) lege pro σκωλ. quæ uox nihil ſignificat, quam ego reſtituo, ea haud dubiè eſt genuina, & explicatur à Polluce lib. nono, cap. de ludis. quanquam ο paruo ibi legitur, ſed literarum apud Heſychium ordo ω magnum comprobat, pro ſtella ante προστάγμασιν, reponent τοῖς οἴνου.

167. 9. Muſicam quidem) Verſus hos corrige ex Erotico noſtri Plutarchi, fol. 770.

168. 3. Candaulem illum Lydum.) ἐπῆρε τοὺς. hîc quidem nihil deeſſe puto, niſi fortè Candaulis nomen excidit. Sed

&

& alterum aſteriſcum dimôris, ſi legas τὸν οἰκέτην, ὃν, &c. Nota eſt Candaulæ ex primo Herodoti libro hiſtoria. Paulo poſt. non minùs commodè.) ὃν χαῖρον αὐτοῖς. legebatur ὃ χειρομαύ-της, planè ridiculo mendo, quod non fuiſſe à Iunio depræhenſum miror: præſertim cum hoc loquendi genus ſit Græcis omnibus ſcriptoribus uſitatiſsimum. Præſtiteri (inquit) de muſica dicturum occaſionem ſumere è Theophraſti uerbis. Sed pro θεόφρων cur non fuiſſem auſus Theophraſti nomen reponere. Mox ὡς ἑκάστου αὐτῶν παραρρίπτοντος ἐκ τοῦ συνήθους, καὶ πρὸς ἄλλο ἐγκλίνοντος ſi legas, licebit aſteriſcum abolere, ſententia quidem erit integra: legendum etiam αἴτει pro ἄτι & μανίαις ἀλαλαῖ. de quo uide annot. ad ἐκλεκ. χρηστηρ. τὴν Σοφοκλέους πόλιν omninino fuit legendum. alludit autem ad Oedipi tyranni principium.

169. 32. Calore excoctum.) φιαρὸν ὑπὸ. monſtrum eſt φιαρὸν. Eadem ſententia legitur in Alexandro autoris noſtri, &c. Quæ ſequuntur mutilata ſunt, pertinere ea ad Calliſthenem conſtat. is enim ut aliâs, ita & in poculo recuſando ſua uſus ſuit libertate. meminit & Plutarchus περὶ ἀοργησίας, ubi ἀλέξανδρος legitur: malo autem genitiuum, ut hic eſt legere.

170. 31. Palmam præripientem.) προρριπτόμενος. hanc uocem non probo, neque enim excellere aut ſuperare ſignificat. fieri poteſt ut ſcribendum ſit προτρεχόμενος translatione, quaſi uſus Horatius dixit:

Siſennas barros ut equis præcurreret albis.

Athenæus quidem, hunc locum nominatim citans libro ſecundo, ὑπορβαίνειν uoce uſus eſt. Poſtea Homeri locum facile ex ipſo quiuis integrauerit poëta. Illud autem γυναικῶν ſuſpectum habeo, & τοῦ τρυφοῦς τὸ πικρὸν, mutilum eſt. In fine capitis ante αὐπίωσι μὴ eſt inſerendum. Sic enim Plinius uigeſimotertio, octauo, & alij narrant.

174. 1. Remouens florem.) ἂν δὲ ἀπὸ ῥ. hæc mutila ſunt. ſenſus eſt: Si longius rem fragrantem à naribus dimoueas, τὰ

μὲν,etc. Sed & illud φυγόντες nõ quadrat. Mox. Nõ.n.debet alterũ ab altero.) Locus hæc emendari poteſt, ſi legas κρατηθεῖν· ἀλλ' ἀπ' ἀμφοῖν εἰς τι μέσον ἁρμονίᾳ. ſic enim conuerti & τοῦ τῶν, non τούτων. & ante ἐγγίνεται particula negans omnino requiritur. neq; uideo quî aſteriſco notari porrò debeat locus.

ibid. 34. Metrium Florum.) Suſpecta uox Metrius. ſed rurſum ita legitur lib.5. Sympoſ. cap. 7.

175. 18. Abs te propoſitam.) Locus ſic uidetur integer. διαλέλυκεν, ὃ προβέβληκας ἡμῖν. ὅτι τῇ, &c. mox. Maculas eluit.) τὰς κηλῖδας. Sic ſcribendum pro κοιλίδας, & κονιορτὸς, pro ῳ. Ariſtotelis locus eſt ſectione 23. Problematum, & idem diſputatur apud Macrobium 7. Sat. 13. Ego uerbis commiſcendis quibus locum integrarem, nolui temeritatis culpam incurrere: lacunas relinquere malo, quàm de meo implere. ſenſum in uerſione, puto, mea retuli. Homerica in promtu ſunt.

177. 14. Choro ipſius.) τὸν χορόν. lege τὸν αὐτῆς χορόν. & pro φυλακὴν, φυλὴν repone nihil addubitans, paulo inferiùs.

178. 8. Poſteà ſolo verſo.) Αἰσχύλου τὴν μεθορία. legendum eſt αἰσχύλου μετὰ τὴν ἐξορίαν, ut citentur elegiæ ab Aeſchylo, cùm iam ſolum uertiſſet, & Athenis relictis in Siciliam ad Hieronem ſe contuliſſet, ſcriptæ. reponendum etiam ἐκείνῳ pro datiuo plurali, ut ad Militiadem referatur. Nymphæ autem Sphragitides, non Sphagitides, leguntur bis in Ariſtida noſtri & in Bœoticis Pauſaniæ.

## IN LIBRVM II. CONVIVAlium quæſtionum.

179. 20. Scurræ: quibus.) ἐκ Καλλίου φίλιππος. Non ſanè aſſequor hoc quid ſit. Καλλίας quidem ſcurra etiam in libello nominatur, quo oſtenditur ſecundum Epicurum ſuauiter uiui non poſſe. fortaſſe ſcurram dicere uult, qui alienam perſonam per iocum repræſentet.

180. 10. Talibus impetebant.) Legendum ἐρωτηθῆναι.

ἡ μὴ. καὶ ὡς ἐσκωπτον. οἷα σκωφθλῶσαι ἥδιον ἐῶν ἢ μὴ. Ex ipſo Xenophonte hæc reſtituimus. Locus eſt libro quinto de uita & diſciplina Cyri. Sed & illud προσίςανται etiã infrà in hoc ipſo capite ſic legitur, & offendere ſignificat. Et ἔφησε ubi erat ἔφησε, legendum eſt. quid autem ſunt ἐγκρασίαι cum demonſtrationibus? ἐγκάρσιον obliquum eſt, ſed quid hîc. fortè legendum ἐγκαρσίας, καὶ οὐ βεβαίους, ut uocentur ἐγκάρσιαι ἀποδείξεις ratiocinationes non propriæ, uernaculæ, & domeſticæ: ſed logicæ, uagantes, & alienæ, ideóq; obliquæ & quaſi aliunde obtorto collo attractæ, quales à ſcientijs repudiari ex analytica notum eſt doctrina. Sed hoc eſt coniectura, quidquid eſt.

181. 13. De ijs rebus.) ταῦτα ὁρωτᾶσθαι legendum. Quæ ſequuntur, ita ſunt mutilata, ut neq; admodum ſit obſcura ſententia, & uerba etiam comminiſci poſſem quibus lacunas implerem: ſi mea pro Plutarchianis potius legi, quàm hæc aliunde exſpectari uellem. quin autem δακρύονται mendum ſit ex διακρέονται factum, nemo gnarus ſermonis Græci dubitabit. Euripidis uerſus eſt integer à me poſitus, ut alibi legiſſe recordabar, atq; etiam apud Macrobiũ 7. Sat. 2. quod caput & ſequens cũ hoc cõparare expedit. Sed et Oedipi uerba corriges ex Sophoclis Oedipo Coloneo.

184. 15. Sambaulæ.) Σαμβαύλα. Sic legendum ex Xenophonte conſtat, apud quem hic iocus narratur lib. 2. Cyripædiæ. Quintum pro Κυτοῦ repoſui è Macrobio, pro μισθωτὸς uide ne ſit legendum μισθώσας.

ibidem 34. Cuminiſectoris.) κύμινον. fortaßis κυμινοπρίστην, uix enim credo cuminum μετωνυμικῶς poni, pro cumini ſectore, id eſt (ut Ariſtoteles 4. Ethicorum Nicom. docet) præ parco & ſordido, qualem Theocriti Milo in Meſſoribus notat. Paulo pòſt Sophocleum è tyranno uèrſum reponito deletis aſteriſcis, neque uerò deeſſe poſt ὀνομάσας quicquam arbitror.

186. 21. Aduncis naribus.) ἐκάλεσε τὸν γρυπὸν. Lacer locus, & Caſandri Philippum puto, non φίλον dici. De Theocrito Chio aliter narratur in libello de educandis pueris, hæc ex

Vuu v

Macrobio ſenſum poßis adſequi: & uerba etiam alia, neſcio an eodem omißis ſuggerere. pro δὲ poſt ἐφθαλμιαθῆναι δὲ legi. nam qui cum ophthalmia laborantibus conſueſcunt, eorum oculos mali contagione affici traditur. paulo aliter eſt in libello de capienda ex inimicis utilitate.

οἷον ἂν*) Lego ἄν τις, & nihil deſidero: mox ἄν σε, non δὲ. Locus eſt de libro tertio Cyripædiæ Xenophontis. Cæterùm illud ἀμφότερα hîc quidem uox eſt nihili. mallem ἐλαφρότερα, aut quiduis potiùs quàm iſtud. Sub finem capitis λόγον, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν, hoc aut prauum eſt, aut mutilum pro γαμηλικῆς autem ἐμμελικῆς ipſe ſenſus docet legendum eſſe. & τὴν Δ ἐμοῦσαν, nam poëta (ut apparet) τὴν δὲ μοῦσαν ſcripſerat: ſed ioci gratia Timagenes diuulſis uocibus in in uomentem torſerat. aliter hoc paulo eſt apud Athenæum lib. XIV. prope initium.

190. 7. Vi vellicandi.) δηκτικὸν, non δηκτὸν. Cæterùm initio capitis eſt Ξενοκλῆς ὁ ἀδελφὸς. quod uerbum ſi rectè legitur, ad Glauciam refero: ἀλλὰ ante κρέα in fine puto adijciendum, ut μόνον habeat, quod ei reſponderet.

ibidem 30. Initium huius capitis lego Ἐξ ἐνυπνίου τινὸς ἀπειχόμην ὠῶν πολὺν ἤδη χρόνον. nam uox ὄψεως facit, ut iudicem hāc eſſe ſententiam, Inſomnio aliquo motum Plutarchum aliquando ouorum eſu abſtinuiſſe, cùm tamen corde ueſceretur, itaq; familiares feciſſe periculum cum corde ueſci uiderent, an ouum quoq; eſſet: cumq; id non faceret, ſuſpicionem de ſe concitaſſe, ac ſi ſuperſtitione aliqua teneretur. ἔσθειν pro ἐσθίειν metri ratio poſtulabat.

191. 34. Cùm ad vnguem.) ὅταν ἐν ὄνυχι. Polycleti dictum hoc eſt ſcitum, ut à tanto profectum artifice. Legebatur aūt ὄνυχι uitioſè. ſententia eſt: Tum demum opus difficilimum fieri ac plurimum laboris atq; induſtriæ requirere, cum materia iam ſubacta & utcunq; præparata atq; informata, ad unguē omnia fingendo limanda atq; exigenda reſtant. Idem eſt in fine de profectu ad uirtutem. Quod autem mox ſequitur de eruca, ibi ψυχὴν reſtitui, quæ uox papilionem uidetur ſignificare, & pro μεθίησι maluiſ-

ſem

ſem ἀνίκοι. de re ipſa uidendi Ariſtoteles & Theophraſtus, & Plinius 11.32. Bombycem eſſe erucam, aut erucæ perſimilem, & texto ſuo confecto in papilionem mutari, ſæpe uidimus. & meminit rei Ouidius in ſuis transformationibus. In ſequentibus καθυστορεῖν & ἀμωσ γέπ. pro καθιστορεῖν & ἄμως γέπ. nemo mediocriter eruditus mirabitur puto me legiſſe.

195. 15. Lyra ad tybiam.) αὐλὸν confidenter pronuncio ſcribendum, non ναῦλον, uoce οὐδὲν πρὸς τοῦτόγε τὸ ἴσως faciente.

196. 27. Ordinem ratione.) ἔφη. Totus locus eſt lacer. Hîc quidem lego ἔφη ὁ τίμων, τὴν κ.χ.τ. τὴν ὅμ. & Homerica in integrum reſtituantur ex Iliados ψ. & Odyſſ. θ. poſt ὑποτομοῦμεν, puto legendum ὑποκρινόμεν: ὅτι ἐπινόου, fortè ἐπινοεῖν.

199. 9. Erumpente humore.) οἰκόθεν eſt in Aldino, οἴκοθεν, non ut nos εἴκοθεν. Ego tamen εἴωθεν malim. Si, inquit, arbores illæ inciduntur de more, &c. tum pro καινοτόμα omnino legerim καὶ νοτόρα. poſt γυναξὶν * γαλακτίσσαις) ſi γαλακτοῦν ſit lacte abundare, amplius quàm ad lactandum unum infantem ſufficiat lactis in uberibus habere, aut nihil hîc aut uox βρέφη ſola uidetur deeſſe.

201. 1. Id autem conſiderem.) Diſtinctiones hæc mutaui. ſenſus enim eſt, multa euenta ſuas habere cauſas proprias, quæ tamen ipſa pro aliorum effectorum cauſis opinionis errore habeantur. De uitice uerſum putaui eſſe ſenarium, itaque pro καὶ ὁ legi poëticè χ' ὡ: ſed ἡ an rectè poſitum ſit, neſcio. alij quidem ſcriptores maſculino genere uſurpant. Quid ἰσηγορία ſit capite ſequenti, non ſatis uideo. Iunius mercandum reddidit: ipſe uiderit. Initio noni capitis pro ἐξηγεῖτο haud dubium eſt quin ſit ἐζητεῖτο ſcribendum.

204. 22. Homericæ illæ.) ὁμηρικὰς legi, non ὁμβρικὰς, quod nihil ſignificat. Notæ autem ſunt Homericæ δαῖτες ἐῖσαι, moxq; fit earum mentio. pro ὀμφὴς quoque & ipſo nauci

uocabulo, ὁμοβίες legerem. Paulo infra ἀληθῶν uidetur φίλων excidiſſe ſi tamen uox hæc eſt genuina, & non potius ἀληθῶς legendum. Quis autem eſt, qui ut contra Agiam diceretur inſtigatus fuit? an potiùs ipſe Plutarchus? ἐκῶ in ἐκῶ mutandum, & ὅμω tenendum puto, etſi παρέλκη ſtare poteſt. φύσιν porrò & νόμον opponi ſatis eſt notum, itaq; ὡ ante νόμῳ inſerendum fuit.

206. 13. Vnum fiant.) ἓν γίνηται. Sic legendum, deerat ἓν. Sed nota eſt Anaxagoræ ſententia. pro τοι legi τὰ. Sed ante hæc uerba ἐπεὶ μηδὲ ςέφανον, non dubito quin exciderint nonnulla. Mox τύχης παῖδα reſtitue. legebatur perperam ψυχῆς, quod fefellit Iunium. Sors enim Fortunæ filius ab Euripide dicitur, cuius rei ratio non eſt obſcura, citat totum uerſum Plutar. de ſolertia animalium. illud autem γγνόν τινὸς quid ſit, neſcio.

## IN TERTIVM LIBRVM CONuiualium quæſtionum.

207. 10. Ea dicere, quæ reticeri.) Pro βλέπειν ἀβέλτερον, ἢ σιωπᾶν, ſi legas λέγειν, ἃ βέλτιόν ἢ σιωπᾶν ſententiam habebis genuinam haud dubiè. & uerba ipſius Plutarchi, nullius uel apicis detrimentum paſſa. ibidem 15. Homerus, cùm caneret.) καὶ ὅμηρ☉ εἰπών. Locus eſt fœdè corruptus. Legerem autem ea quæ aſteriſcis ſunt affecta, hoc modo: εἰδὼς τὸ κοινωνεῖν (uel κοινὸν) τῦ οἴνε καὶ πραττέσης, γνωμισμάτων πολλῶν γόνιμον. Homerica facilè ex ipſo reſtitues autore, cùm locum tibi nos demonſtrauerimus.

209. 7. Pulcrè ardens roſarum.) καλὸν φλέγοντα. non uideo cur aſteriſco locus notetur, niſi fortè excidit ἄνθεσι. Videtur autem ad poëtæ alicuius alludi locum, paulo ante ἀλλὰ ante καθάπερ οἱ μὲν inſerendum, ut cohæreat ſententia, quæ tamen in uoce ἀπύλλανται fatiſcit, & ἢ καταθεῖσθαι non ἡ legendum, dilemma monet δολερὰ ἅματα. hoc dictum etiam refertur de malignitate Herodoti, & eſt regis Aethiopum longæuorum apud Herodotum Thalea. ſed & aſteriſcus ante ἐν γὰρ αὐτὸ poſitus ſi

recte eſt, permulta oportet periiſſe. ego nihil deſidero.

210. 28. Agenori.) Ἀγλωρίδῃ. Vide ne ſit Ἀγλώρῳ legēdū. certè enim patronymicū ſine ſuo ſubſtantiuo, aut etiā cū eo poſitū, uix puto. paulo pòſt ἑκάτερα ἔστιν) nihil deerit ſententiæ, ſi legamus ἑκάτερα. οὐ γὰρ ἔστιν αὐτῆς. Vide aūt ne pro ἀλλ' ἀοίνῳ ſcripſerit autor, ἀλλ' ἰῷ. nā color eius, quod de lapide Plin. tradit li. 37. ca. 9. ad uini (rubri nimirū, αἴθοπος) colorē accedens, priuſquam eum deguſtet, in uiolam deſinit. Rurſum eodem capite, καὶ τονώσῃ. Iunius ἀτονώσῃ legendum putat. ego cur impreſſa lectio ſit deterior, modò uocabulum probetur, non uideo, erit enim intendere, quod fit uenis Baccho inflatis, ut loquitur poëta. & ebrij plures inflatione quàm laxatione (puto) laborant. inde ἀιωπνεῖν τῷ ὕπνῳ) τῷ οἴνῳ, ut exiſtimo, nihil enim hic de ſomno. καὶ στίλλει) lege meo periculo συστέλλει, aut potius ἀναστέλλει.

212. 23. Herbam autem alyſſum.) ἄλυσσον. Sic apud Dioſcoridem, & alios. non ἄλυσον. ſed & Plinius ita habet 24. 11. etymonq́; ab eo & Græcis traditum, duo ſigna poſtulat. Vide autem an mendo careat, quod ibi legitur. Mirum eſt quod additur, ſaniem conſpecto omnino frutice eo ſiccari. quando & Aelianus lib. 9. cap. 31. animal. hiſtoriæ ſingultui eam herbam opponit. & nimirum λύζειν eſt ſingultire. Deniq; in fine capitis huius ſententia ipſa monente ὑπὸ τῆς ψυχρότητος ſcribe, cum ineptè legeretur θερμότητος. non enim calorem calor, ſed frigiditas præualens foras eijcit in ſuperficiem.

214. 18. Pro coronis propugnantem.) τῷ Τρύφωνι τῶν. ὑπὲρ τῶν, aut ὑπερμαχοῦντι τῶν forte, niſi ſit ellipſis τοῦ ἕνεκα quod durum eſt credere, aut etiam ſuſpicari. pòſt μεθύσκειν pro inebriare poſitum eſt, Atticè, ut & capite ſeptimo.

ibid. 29. Altercum.) id eſt ὑὸς κύαμος, ſeu herba Apollinaris. Iunio hoc quàm faba magis probatur, cui maiorem in modum adſentior, & facile fuit ὑὸς omitti. lego etiam δυναμένων pro δυναμένων. Idem etiam αἰωφόρεῖς legit, cum obrepſiſſet αἰωφιλὶς, uocabulum planè idipſum, quod ſignificat, mox τέποις ἢ τοῖς πρὸς

lego τόπους, οὐχ ἧττον ἢ, &c. Idem in fine paginæ legit ἀδιαύτου pro ἀδιαλείπτου, & ſanè herbam quæ hac uoce notetur puto nullam eſſe: & adianto folia eſſe æterna conſtat: frigidum ſit, nec'ne, hîc quidem non diſputo.

215. 20. Vt ſufficienter.) legendum eſt ἀρκούντως. quid enim ſit σαρκούντων; & ante φυλάττωσι, μὴ deſiderabatur.

216. 30. Impetu impulſum.) pro ῥύμην, mallem ῥύμης. ſtatim ἀπὸ *, fortè ἀποχετεύσεις, aut ſimile aliquid.

218. 13. Vt decem virilibus.) Locus ualdè corruptus. Iunius pro δὴ καὶ legit δίκα, quod facile probo. Eo autem facilius loci huius iacturam fero, quòd hoc ipſum argumentum apud Macrobium libro ſeptimo, capite ſeptimo Saturnaliorum integrè expoſitum exſtat, ut, ſi mea pro Plutarchianis ſufficere uerba licuiſſet, facilè lacunam expleturus, & ſententiam expediturus fuerim, pro δὴ καὶ legi δίκα, & pro συνεξάπτειν legi συνεξάπτειν. Sicut & infra ἴμμην pro ἴμμονος. In Aldino hæc ſunt monſtrosè deprauata, ex fine ſexti capitis huc interpolatis, quæ planè ſunt ἀπροσδιόνυσα.

219. 11. Mi Luite. ὦ φίλε λοῦτε. at hic ſupra uocatur Ἀθρύϊλατος, ut corruptum eſſe nomen uel utrobique appareat.

ibidem 16. Verùm enimuerò.) οὐ μὴν ἀλλά. Cuius hæc uerba ſint, obſcurum eſt: Flori uix ſunt, neque enim opinor ſua ipſe prædicaſſet epicheremata. ἔφη lego. neque enim quærit, ſed reſpondet de uini natura Plutarchus, quas ei partes Thaſius ille medicus aſsignârat, cuius eſſe non puto, quia ridiculus ſit ſi quærat de ſeipſo cur uinum crediderit eſſe frigidum, ideo ὑμῖν ſcribo, & τοῦ ψυχρὸς, neque deeſt quicquam. Fortaſsis uerba ſunt Apollonidæ illius. ſed & ἄπωσιν pro ἀπώων repono, ut dialogus cohæreat. In indice capitis cur ψυχρὸς maluerim legere, quàm ψυχρότερος, apertum eſt.

222. 1. A' cœna abduceret.) μετὰ δεῖπνον οὐχί. Locus lacer & ſuſpectus. Vide Xenophontis Sympoſium ſub finem.

ibid.

Ibidem 29. Non ſatis exactè.) ἔφη τῶν. omnino legerim οὐκ ἔφη. negat enim ſe omnium meminiſſe argumentorum, quædam producit. Vide autē an pro χλευομένων, quod nihil eſt, ἐγκωμοχλευομένων legendum ſit: qua uoce utitur non abſimiliter pag. 696. & pro γινόμενον poſt θεμελίων, κινούμενον: pro ἀνάδλαστον, ἀνάσταλον. οὐδὲ γὰρ δυρεῖν, ἐχρῆν malim aut δύρεσθαι. mox ὑφ' ἑτέρας ἂν forte ἐφ' ὧ ἐσ. Sunt & alia non ſatis integra: & manca de Thaletis in euitando coniugio aſtu narratio, ut ex re, & Diogene apparet. infra καὶ τὸ κράτιστον) fortè ἢ τὸ κρ. &c.

225. 23. Ne ad templa.) εἰς θρόνον. omnino hoc uult, ad ſacra uenire, itaq; εἰς θεοῦ aut θεῶν legendum.

ibidem 33. Pithœgiam.) ſcribendum πιθοίγιαν. malè enim legebatur υ loco γ. Sic Euſtath. Iliados ω. Proclus & Zeza in Heſiodum & alij, atq; ipſum uocabuli etymon. Vtinam uerò additum eſſet, cuiuſnam menſis undecima die id fieret. Iunius Nouembri adſcribit, ſecutus, puto, eos, qui Ἀνθεστηριῶνα ſic uertunt. Huic enim menſi πιθοιγίαν attribuit Suidas in uoce χόες, & noſter diſertè ſub finem libri octaui, ubi γ ſuum locum obtinet. Eodem capite τίσιν ἐνίοις γράμμασιν, ἐνίοις eſt mendoſum. Capite ſequente ὑπερβολῆς) μετ' præponendum uel ἐξ. In fine legerem καὶ παροξύνη τ. α. κ. θ. α. καταλύεται καὶ καθίσταται τ. λ. ω. π. μ. π. ὑ.

228. 33. Quinque enim ſeſquial.) πέντε γὰρ ἐν. Ego nihil uideo hîc quod deſit, quanquam duobus aſteriſcis locus erat ſignatus. & ὁ poſt κεραννυμένων (ſic enim opus eſt legi) ſuſtuli, ad δὲ addito ῥία, optimè enim omnia ſic habent, absq; ullo hiatu. ἀνασπῶσι autem uox eſt uitioſa, & ex αὐτεσπακότων inculcata, pro θεωρῶσι aut ſimili, & pro φάσεις malim πόσεις aut κρᾶσεις. δυσκηλήτειρα ex Heſiodo ſcribo. alludit enim ad uerſum ὀργῶν. 461.

229. 15. Ariſtonis.) Aut hæc Ariſtio, aut initio etiam capitis Ariſto legendus, ut ſuprà 1. Sympoſ. 1. Mox Idam.) legitur

Ἴτλυ. Sed ego Idam eſſe legendum ex Apollodoro didiceram, qui libro primo Bibliothecæ ſcribit Iouem à Iunone nutriendum datum Curetibus, & Meliſſεων filiabus nymphis Idæ atque Adraſteæ.

230. 20. Serius hauriet.) Ἱκαθαυάνει uox nihil ſignificat, pro qua omnino reſtitui debet καταυανεῖ, à uerbo καταυάινω, παρὰ τὸ αὖον. nam quid Iunio in animum acciderit, cum uerteret durabiles ſeruabit, non ſcio. Significat enim exſiccabit, torrebit. Homerica ſunt Iliados ψ. 190. Paulo antè. humida reſoluere. κωλύειν uox eſt huc nihil faciens, niſi fortè deeſt τὴν σῆψιν aut aliquid tale. Mox καὶ τὸ μᾶλλον mēdosè & cum defectu. Senſus eſt, id ſibi non probari, quòd quantitati caloris cauſæ adſcribantur, quæ proprietati debeantur occultæ: & pro ἐδὲ γὰρ, lego ὃ γὰρ, & ἧττον pro ἥττω. Oſtendit enim eundem calorem alio tempore plus, alio minus efficere, adeóq; diuerſis modis. Eſt inſtantia, ut Logici uocant, per interrogationem propoſita.

232. 5. Terendo aptius.) ἵνα πανῦτις. Difficile eſt ex coniectura medicinam facere, uidetur autem de tritura loqui. In Alcmanis uerbis pro μέγα, uocem genuinam reddidi ὄρσα, quæ poëtis eſt ros, δρόσος. itáq; citat Plutarchus ſupra quæſtion. natural. XXIV. pro ὅπω ὄυτω legendum. ſed ἀνυγρον ſenſui aduerſatur.

ibidem 34. Putrefacienti adſtringens.) Legendum eſſe ſenſus docet, ὅτι δὲ καὶ τῷ σήποντι τὸ ϛύφον. Nam non cohæret ſine δὲ. ἄτυφον autem planè nihil habet in hac re loci.

## IN QVARTVM LIBRVM Conuiualium quæſtionum.

INitio ſtatim ad Πολυβίε, deeſt aliquid, aut δὲ in φίλον δὲ δεῖ abundat, lego etiam φιλία & εὔνοιαν. Ipſe etiam ſenſus docet καὶ ἐλευθέριον eſſe uitioſum, pro quo ἀνελεύθερον recepimus.

234. 31. Philinum.) Lege Φιλίνῳ. traiectis literis erat φίλωνι,

λωνι, ſed errorem ſequentia arguunt. illa autem τὸν νέον non cohærent. Iunius mendoſa quædam ſuas ſecutus rationes conuertit, & ἑκατὸν φόνια, & alia. De Hecatomphonijs, dictum in annotationibus ad conuiuium ſeptem ſapientum. De Elaphebolijs uide in libro de uirtut. mul. capite Phocides. nam Iunium hîc non ſequor.

236. 18. Quibus nihil.) ante οὐδὲν ἄλλο καλὸν, ut plena ſit conſtructio, inſerendum eſt οὖς. & ἵνα δὲ ſtatim pro εἰ δὲ ſcribendum ἀλείμματα.

237. 25. Et diſcubitu.) καὶ καταπλύσεις. fortè κατακλίσεις. 238. 1. Ambab. manibus.) ἱστία ἑκάτερα. Sic lego cum Iunio, ut intelligas χειρί.

238. 12. Omnigena nos.) Eupolidis uerſus ex Macrobij Saturnalibus 7. 5. ſunt caſtigandi & diſtinguendi. pro ἁπαλοὺς ibi eſt ἀταλοὺς. ſi legas ἀταλοὺς, non improbo, legitur & ἀνθόρινον. Sed uox hæc earum de numero eſt, quæ non uno tantùm modo efferuntur & inclinantur, quod hîc docere non eſt operæ. ὄρινον autem probo, non μυρίκην: ſiquidem τρόμαλος quoque nominatur, qui eſt myrica.

239. 3. Dulcia continuò.) Empedoclis hos uerſus è Macrobio corrigas licet: niſi δαλερὸν poëticè ut dixerit à δαλὸς pro calido, fieri potuit.

ibidem 33. Githia.) nimirum γίθια. Legebatur γήθεια, quæ uox ſi quid ſignificat, me id fallere fateor. Ego ne longiùs abirem, γίθια legi. Plinius 19. 8. Gith, inquit, piſtrinis, aniſum & anethum culinis & medicis naſcuntur. Optimè igitur huc quadrat. ſcolymos quoq; non cinaras hortenſes, ſed agreſtes illos carduos intelligo. Iunius γήθεια allia uertit: ut γήθια uideatur legiſſe, de quibus uide Lexica.

240. 21. Circa ſalem & cuminum.) De his uide problema ultimum libri huius operis quinti.

241. 12. Tanquam clauo.) ineptè legitur καθάπερ ἥλιον τῷ ἀέρι χρωμένην. lego καθάπερ ἥλῳ τῷ ἀέρι χρωμένης. Talis menda etiam ſuprà eſt à me indicata.

242. 1. Quàm inter.) πιθανώτερον, ἢ ὅτι eſt legendum.
ibi. 12. Iſta cremant.) αὐτὰ καλοῦσι. omnino καίουσι lego: ante συνεκπίνειν & ἀρχομένοις uoces ſunt alienæ.

244. 10. Vt per veſtes.) Legi hæc καθάπερ ἱματίων, cum eſſet καθαρειματίων, ut & μανιπὸν, abſurdè eſt pro μανόν. ſed et aliâs totum caput eſt mutilum & uariè deprauatum.

245. 21. Abderita.) Quid enim ſit Albarrites. Sed Hecatæum philoſophum Abderitam etiam Plutarchus alibi agnouit, & Strabo, Euſebius, Stephanus, Suidas, alij.

246. 3. Quocunque tandem pacto.) ἀμωσγέπως. Hæc nihil deeſſe puto, ſed in perſonis dicentium eſſe mendam.

ibidem 25. Refectorium.) Legitur δειπνητήριον. Hoc non uerum eſſe poſſe, & legendum ἡβητήριον, quam uocem indoctus aliquis in notiorem detorſerit, aliquando cogitaui: adeóque idem etiamnum ſentio. Eſt enim ἡβητήριον cõuiuij locus & ἑστιατήριον, ſi Græcis credimus, ut debemus. Vide Athenæum lib. 10. Euſtath. Iliad. υ. Heſychium & alios. Iam ad thermas non tam ſanitatis recuperandæ, quàm luxuriãdi cauſa multos frequentes ire, neq; nouum eſt neq; obſoletum. Tum quod ſequitur uerno tempore multos conuenire eò, & τὰς συνουσίας ποιεῖν, an non meam coniecturam confirmat? Enimuero mihi Galepſus iſte eſt maiorem in modum ſuſpectus, quem in Eubœa nõ inuenio. Aedepſum legi debere affirmo, de quo loco alibi dixi.

247. 15. Apud vos.) περὶ ὑμῶν. cur non potiùs παρ' ὑμῖν. Intelligo autem de Nicopoli Epiri ad ſinum Ambracium ſita, & bimari, mox μαλιστάγε pro τε. Quod de Hercule eſt κεράσι ἔχων ἤθιστον, ex Athenæo, propè caput libri 7. δεῖπνοσοφ. corrigendum eſt, κρίασι & ἐπήθιστον. Cæterùm uox κεράμιον ſuſpecta eſt aliquanto pòſt: nullum enim hoc nomine piſcem inuenio, neq; uideo quid figlina hîc faciant. Sed tandem de menſuræ genere accipiendum duxi, quo minuti piſciculi uenderentur. Vide Budæũ et alios.

248 35. Pronũciauerũt.) Sic lego hæc, ſubmotis aſteriſcis. καὶ πίζειν ἀποφαίνονται τῷ ἀπούσης ἐλπίδος ἡδυνούσης οὐκ αἰνικτόν. Po

teſt

teſt & ſic: τῷ πάσης ἐλπ. ἐυχ ἡδ᾽ιων. ὀυκ αὐτικ]όν. Plana eſt ſententia. Pro δύπεω autem quod nihil facit, δυσπρόσφορον legere non dubito, & μὴ ante πάντως deleo. tamen quem uel libri uel coniecturæ meliùs inſtruūt, ei optima cū gratia uolo licere mea eliđ dere. ]ὸ ἄλας. πρῶτον. Deeſt αὐτοῦ ὂν ante πρῶτον aut tale aliquid.

249. 14. Colores lumine.) Et hîc diuino ſic legendum. ὡς γὰρ τὰ χρώματα φωτὸς, οὕτω οἱ χυμοὶ ἁλὸς δέονται, πρὸς τὸ κινῆσαι, &c.

ibidem 27. Homerica.) ὁμηρικὸν ἐκεῖνο. locus eſt Iliad. λ. 629. Sed illud ἄλκιμον quod mox ſequitur, nihil ad rem facit, ſicut & alia multa, ſenſu interim utcunq; eluceſcente.

251. 5. Eſt etiam fœdus.) θολερὸν. Sententia eſt: Sus quanquam fœda eſt & deformis beſtia, non tamen canthаro, crocodilo, fele turpior eſt: quæ animalia Aegyptij tamen uenerantur. Vox θολερὸν & proba eſt, & repetitur infrà capite eodem. γρὺ fortè γρῦπ@, gryphis, quanquam is an ab Aegyptijs coleretur, ignoro, in hieroglyphicis quidem fuiſſe traditum eſt. Poteſt fieri ut ſit legendum μυ ſcilicet μυγάλης: de qua poſtea redditur ratio.

252. 13. Niſi fortè etiam.) Hæc poſt γινομένων, ante τὰ δία inſero ὁ μή. cauſa eſt in promtu.

253. 17. Phanoclis uerſus ſic fuerunt exprimendi.

Montiuagus cernens diuinum Bacchus Adonin
Cyprum perluſtrans egregiam, rapuit.

ἠγάθεον locorum eſſe epitheton, maximè dijs ſacrorum; ut Veneri fuit Cyprus, ex Homero & alijs poëtis notum eſt. Itaq; omnino Κύπρον pro Κύπριν legendum duco.

## IN LIBRVM QVINTVM ſympoſiacῶn.

257. 17. Contemplandi.) φιλοθέαμον obſcurum non eſt legendum eſſe, non φιλόθεσμον, quod huc nihil faciebat, & paulo antè ἀλγηδόνα τοῦ σώματ@, nō τοῦ ὄμματ@ lego. pòſt nō procul initio capitis primi, qui ſunt οἱ ἀπὸ διαιρέσεως; lego ἀπὸ τῆς

αὐτῆς αἱρέσεως, qui erant ab eadem ſecta: cum infrà eos, quibuſcum diſputat ἄνδρας ἐπικουρείους appellet, ubi quidem πρὸς ὑμᾶς legendum eſt, non ἡμᾶς. τῷ μὲν πεπονθέναι) excidit, puto, aliquid: quid ſi legendum ſit ἀληθῶς, καὶ τῷ μὴ πεπονθέναι, διαφέρει, συνιέντας ἡμᾶς τοῦτο τὸ ῥωτεσθαι;

258. 9. Cui melleum.) ſcribo ᾗ τι pro ᾗ τινὶ. perſpicuum. & ibidem 18. Cui videt.) cùm legeretur ἐν ἀγορᾷ nimirum ineptè, & nullo ſenſu, ueſtigia ſecutus uidi ſcribendum fuiſſe ἐνορᾷ.

260. 19. Non haſtam.) ὑπόνλκων οὐ χήμονας, ἀλλὰ ῥήμονας. ὑπόλκων non aſſequor, & καταβαλὼν etiam ſuſpectum eſt. Lego autem οὐχ ἥμονας, ἀλλὰ ῥήμονας. Non enim haſtæ modo iactu qui uinceret, præmio afficiebatur: ſed Neſtor quoq; ob facundiam, & Antilochus ob collaudationem Achillis. Locus eſt Iliad. ψ. notus, & ἥμονες ſunt uerſu 886. ibid. 34. Ery.) fortè τῆς Ἐρυθραίας, Erythrææ.

261. 10. Iam hocquoque.) διὰ δ᾽ ἔπεσιν. mutilus locus, ſed pro ἀπαρτῆτε, ἀπαιτῆτε haud cunctanter ſcripſi, cum ἀπατᾶτε in Aldino eſſet.

264. 10. Hoc, vbi Neptuno.) Verſus hos emendare non facile eſt. Sic tamen lego:

Τοὺς δὲ παρ᾽ Αἰγαίωνι θεῷ τελέσαντες ἀγῶνα
    Θήσουσι, νίκης σύμβολον ἰσθμιάδος,
Ζήλῳ τῶν Νεμέηθε: πίτυν δ᾽ ἀποτιμήσουσι
    Ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

Egæona dici Neptunum poſſe ab Aegis puto à poëta, ut alibi Aegæus dicitur, cætera liquida ſunt. Meliora tamen meis prætulero. primus uerſus pentameter eſt, in quo fortaſſe γεραιότερον ſcribendum. deeſt heroicus qui eum præceſsit, itaque & ſententia minùs patet, ideoq; etiã omiſi in uertẽdo. Ἀλητίδαι aũt ſunt Corinthij, ab Aleta qui unus è poſteritate Herculis cum Heraclidis in Peloponneſum redijt, ac Corinthum condidit. Vide Pindari ſcholiaſten in Odam XIII. Olympiorum, ubi poëta Corinthios Doricè

Doricè πᾶλας Ἀλάτα uocat. Velleius quoq; Paterculus lib. 1. Paulo antè Aletes (ſic enim legendum, non Haletes) ſextus ab Hercule, Hippotis F. Corinthum, quæ antea fuerat Ephyre, clauſtra Peloponneſi continentem in iſthmo condidit. προκλῆς autem ſcribendum, quia mox ſequitur προκλῆς.

266. 29. De augmento vrbium.) αὐξομένη πόλει. Corrupta ſunt uerba Platonis, & non ſatis occurrit ad quem Platonis locum alludat. Pro συνάπτων una littera mutata ἐν ἄπτων ſcribendo ſenſum expedio, κλίσεις ſanè in conuiuijs diligenter ſunt moderandæ, & diſpoſitionis de ratione ſuprà eſt diſputatum. Hic de uocandis agitur, non locandis conuiuis. ergo κλήσεις, legi infrà τοῖς ἐκάνων) deeſt aliquid. Lego mox μάλιστα καὶ συνναοῖς καὶ συμβωμοῖς.

269. 28. Euoluit.) ἐξέλυσε. uox uitioſa, uide an legendum ſit ἐξάλισε, euoluit. Nam Suidas quoq; ἐξιλιγμὸς inter ἄδηλα agnouit.

270. 2. Metrius Florus.) μέτριος φλῶρος. Sic ſuprà capite 9. libri primi, modeſtè uertit Iunius, μετρίως legens.

ibidem 29. Pereunt defluentibus.) pro ἀπαθῆ & μυδόντων, & αὐτοῖς, uocibus ſenſui officientibus, ſcribendum dico ἀπανθῆ, μυδώντων, αὐτὸς. De ijs qui hic uocantur ad Pontum θυβᾶς, ad Θηβαῖς diximus in noſtro Geographico onomaſtico.

271. 17. Lædi videndo.) στοιχεῖν. uox hic nihil faciens, & conſtructio uerbi θαυμάζω oſtendit aliquid extritum eſſe. Et non multo poſt ἐκλιπτον uox erat talis, ut mihi uitio uertendum non arbitrer, qui ex coniectura ἐκπίπτον ſubdiderim. Aliter hoc de charadrio narratur apud Aelianum 17. hiſt. anim. 13. Sed noſtri autoris ſententia magis uidetur conſentanea, & ad prouerbium optimè congruit, quo rem utilem diſsimulans atq; occultans, charadriũ dicit imitari. Multo enim id rectiùs ex hoc fueris interpretatus, quàm ex ijs quæ ſunt apud Suidam & interpretem Ariſtophanis in Auibus, in uerſum non adeò longè initio comœdiæ ſitum. ἐμβὰς, ἔπωζε, χαράδριον μιμούμενος. adeóq; diuino illi Eraſ-

mo demiror huius Plutarchiani loci in illa parœmia interpretanda in mentem non ueniſſe.

272. 6. De corporis quidem.) ἐπείγε τῶν σωματικῶν. ἐπάγε legebatur & perperam diſtincta, imò confuſa προσῳδιῶν ratio fœdè totum locum turbârat: ſicut & διατιθέντες pro διατεθέντες ſententiæ officiebat, & ſunt, quæ ſequuntur, manca, ſenſibus interim ſatis euidentibus: ut ex mea uerſione peti correctio ſic ſatis firma poſſe uideatur.

ibid. 26. Quæ aduerſus faſcinum.) προβασκανίων. Locus hic & ob hoc ipſum uocabulum, & ob uocem ἑλκομένης cùm difficilis tum ſuſpectus. Probaſcanios Iunius certum quoddam genus hominum eſſe putauit, ut eius uerſio oſtendit. cui minimè adſentior. Puto enim προβασκάνια (aut προσβασκάνια potius.) nomen eſſe, quo ea appellentur, quæ faſcinationem amoliantur: qualis illa peculiaris adoratio in hoc inuenta, cuius meminit Plin. 28.3. & Sputum etiam apud Theocritum. ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Idyll. ſexto. quod & Latini memorarunt, neq; hîc iſtas nugas libet perſequi. talia etiam auium amuleta Aelianus refert lib. 1. cap. 35. & 11. 18. hiſt. animal. Sed ἑλκομένη illud non intelligo. Non diſsimulabo obiter, συμβολὰς neq; conflictus eſſe, neq; uelitationes, ut uiſum interpreti: ſed ſymbolum, quod à non ingratis neq; paraſitis hoſpitibus in conuiuio regi daretur, collationem: quam qui non daret, aſymbolus eſſet. Notum eſt hoc cùm aliunde, tum ex ioco in uoce ambigua συμβολὴ, quæ & conflictum, & ſymbolum ſignificat pro cœna datũ, à Dicæopoli contra Lamachum uſurpato apud Ariſtophanem Ἀχαρνεῦσι. & eius interpres ibi. atq; adeò alij. Hoc ergo dicit Plutarchus (eóq; modo ſæpe in hoc opere locutum, ut lib. 4. ca. 2. & alibi, facilè animaduertas) ſe iſta pro ſymbolo ſuo hoſpiti dare, quod & uerbum ipſum ἀπαριθμεῖν indicat Supra li. 1. ca. 1. συμβολὴν ἀναλογικῶς planè, pro ea quã quis è cœna ſumeret portionẽ noſter uſurpauit.

273. 5. Quondam pulcer.) In his uerſib. de Eutelida φόβαι crines ſignificat, eſt pentameter primus, & lego γενικῇ, Εὐτελίδα.

et αὑτὸν, non αὐτὸν. nã de eo qui ſeipſum faſcinauerit ſermo eſt: βάσκαινεν, non βασκαίνειν. In διινύεντι (ſi aliud nihil legitur: neq; uerò aliud ipſe requiro) eſt cõtractio, qualis in τιμῆντι pro τιμήεντι, de qua re aliâs dixi, fortè ſit δίνῃ ἐν ποταμοῦ. ἀποβαλεῖν porrò ſcribo, non ἀπολαβεῖν, quod ſententiam impugnat. & ἔφην pro ἔφη, eadem de cauſa. Nam Plutarchus reſpondet Soclaro. ſunt & alia mutilata, quæ prætereo.

275. 2. Egregio mali.) Verſus Homeri integri ſunt Odyſſ. η. 115. ſed καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι lubens expunxerim, nihil enim ad ςόιχον recitatum. Eodem capite, ubi agitur de Empedocleis epithetis, ἀμφιβρότην ſcribo, ν poſt ο expuncto, ſecutus etymologiam, & apparet Homerica epitheta ita ſumpſiſſe ſibi uſurpanda Empedoclem, ut propriè appoſiteq; magis ijs uteretur. Homerus ἀσπίδα uocat ἀμφιβρότην. Iliad. β. 389. Iouem νεφεληγερέτην paßim hoc aëri, illud animæ (ut de ea diſputant philoſophi) oppidò congruit. de phlæo mentio facta eſt in priore de eſu carniũ oratione. Verſum Arati ex ipſo autore licuit reponere.

276. 13. Homerum.) κρέα ὑπέρτερα. Locus Homeri eſt Odyſſ. γ. 65 ut obiter lectorem iuuem. Et Euſtath ibi hanc ipſam cum alijs refert expoſitionem.

277. 11. Colligerem.) ἐκεῖνο ἔφην. malim ſanè ἔφη, quia adhuc Lampriæ ſunt uerba, & ſolet iterare hanc particulam hoc ipſo in opere noſter. Nolui tamen mutare, quia ſi ἔφην legatur, excepiſſe ſermonem aui Plutarchus uidebitur (certè ἔφην pro ἔφη mox ſequenti capite ita poſitũ fuit, ut obſcurũ non ſit mendũ) mox pro ἀναπαῦον, uoce hîc nihili, ἀπολαῦον ſubdi puto rectè.

277. 31. Et Plato.) Locus Platonis eſt in Timæo, Homeri eſt Iliad. nono. 214. ubi carnes aßãdas ſale Patroclus inſpergit, hoc enim eſt πάσειν, unde & φάρμακα πάσειν eidem Homero, ut mirer Iuniũ deguſtãdi uoce in uertendo uſum. Hunc ipſum Plutarchi locum in illo uerſu interpretando adducit Euſtathius.

278. 16. Equidẽ, inquã, cauſa hæc.) legi ego ὅτι μὲν δὴ, ἄπον. Legebatur δεῖπνον, uoce nõ modò aliena, ſed planè dialogũ

*peruertente, ut meam, quam in corrigendo ſum ſecutus, coniecturam non debeam uereri improbatum iri, præſertim cum huic orationi ſubtexatur.*

ibidem 35. Itaque Stoicorum etiam.) *Aſteriſco hunc locum dudum notaueram, cùm me, ut fit, non extricarem: neque ad meditandum inquirendum'ue ſpacij eſſet ſatis. Quæ interea loci animaduerti, & in aduerſarijs annotaui, promere ex ijs non pigebit.* Non *enim inuideo gloriam huius loci reſtituti alijs qui edendo ſua mihi anteuerterunt, eadem ſectati (ut nuperrimè depræhendi) ueſtigia, ſed tamen corrigere meam uerſionem aſteriſco ſublato libuit, & rationibus quidem indicatis. Sic ergo lego:* Διὸ καὶ τῶν Στωικῶν ἔνιοι τὴν ὗν σάρκα καὶ κρέα γεγονέναι λέγουσι. *hoc eſt:* Itaque etiam Stoicorum nonnulli ſuem nihil aliud quàm carnes eſſe aiunt: quandoquidem anima ſalis inſtar per eas diffuſa, &c. σάρκα καὶ κρέα *dici arbitror meram, puram putam carnem, nihil aliud quàm carnem, cùm aliorum animalium uiuentium caro utcunq; aliquid præter carnem uideatur eſſe.* Olim ego *νῶν in ὗν mutaſſem, niſi me Stoicorum mentio detinuiſſet, & mala uocum* σάρκα *&* κρέα *cohæſio. non enim tum legeram attentè, ut feci poſtmodo, ſeptimum* στρωματέων *Clementis Alexandrini, cuius pagina 305. diſertè dictum de anima ſui pro ſale data Cleanthi tribuitur, quem Stoicum fuiſſe uel Plutarchus ſatis reliquit teſtatum. Nam Plinius li. 8. cap. 51. & Tullius quinto de Finibus nulli autori tribuunt certo. In illo Clementis loco uitioſè legitur* Ἔασωπος *pro* Ἄισωπος, *ac* ὃ κακλῶς *pro* ὃ κακῶς, *aut pro* κακλῶς. *neq;* ὕστειχες *ſunt, ut quidam incircumſpectè uertunt, ſetæ: ſed flagella è ſetoſo ſuis corio confecta: ſi Græcis credimus Grammaticis. Ne quid diſsimulem, abſq; eſſent tam luculenta Clementis uerba, de ſue & eſu carnium eo loco tot autorum teſtimonia citantis: non erā ſine hæſitatione* νῶν *in* ὗν *mutaturus. non enim deerat cur* ἰχθῶν *legendum cogitarem. & ut hunc ipſum Plutarchi locum accuratius perpenderem poſt editam uerſionem: uerba Philonis fecerunt, qui in libro de opificio mundi diſertè hoc ipſum de piſci-*

bus

bus confirmat, animam eis pro ſale datam, ut ſic quaſi inanima animalia quædam à putrefactione defenderentur. Sed cum ad Cleanthis dictum alluſiſſe, & quodammodo id correxiſſe, dicere (puto) licebit. in fine libri uerſus eſt, qui lucem & teſtimonium adferre poteſt Euſtathio, in Odyſſ. μ. 252. ſcribendi omnes piſces ab Empedocle uocari λαμαολῶας, quem cum ſuperiori coniectura ſi conferas, uidebis Philonis dictum quàm ſit locuples.

## IN SEXTVM LIBRVM CONuiualium quæſtionum.

280. 29. Communicata non minùs.) εἰς αἰτίαν παρέχουσι. Non poſſum excogitare, quid ſibi hæc uelint. Sanè ἀπολειφθέντας non intelligo, ut Iunius, oblitos, ſed qui cum cœnis non interfuiſſent, ex alijs audiunt cum uoluptate quæ ibi ſunt diſputata. 281. 31. Ignis diuellit.) ubi διὰ ἴτησι eſt, διίϊσι ſcribo.

286. 22. Deminuendo nutrimento.) Vocabula quædam perſpicuè falſa in hoc capite, facilè corriges, ut ἀπαλλάττονται & πολλοί ſi ſcribas pro ἀπάλλονται & πολύ. ſed illud ἐλαττοῖ ſi integrum eſt, aliquot à ſe uerba deſiderat. Videtur mihi ſententia ſaltem ſic explenda: Oliua ſalſa aut capparis non faciunt famem aut appetitum, eò quod deminuant aliquid de nutrimento, cum ipſa quoq; cibus ſint: ſed ſua acrimonia uentriculi os inſtigant. quid ſi ἐλάττω legamus? certè ſimpliciſſima erit ſententia, minus penuriæ alimenti fieri ijs ſumtis, quæ ipſa quoq; ſunt in ciborum cenſu. pòſt pro αὐτὸ ſcripſi καὶ τὸ. euidens ratio.

283. 2. Nobis oculi, cæteriq́;.) ὀμμάτων, διὰ τῶν. haud obſcurè corruptus locus. Videtur ſenſus eſſe, non minus famem & ſitim, quàm ſenſuum inſtrumenta nobis ad noſtri cōſeruationem largitam eſſe naturam, & futiliter tantas res meatuum immutationibus adſcribi. poſt μηκέτι ſubieci διὰ, ſicut ſolet fieri in comparatione.

284. 26. Plantas ſitire.) ἄρδοι αὐτὰ, διψῶν. Legi ἄρδοι,

*τὰ φυτά. Tertij capitis initium eſt mancum: titulus ſententiam utcunq; illuſtrat.*

285. 36. Non ab iiſdem.) *lego τόγε μὴ ταὐτά. legebatur τῷγε μὴ ταῦτα, quod fecit, ut locum Iunius nõ ſatis commodè reddiderit. Sed ἀστέοις hæc uox eſt mendoſa.*

287. 16. Ita vt ſuperficiem.) *τῷ φρέατι τῆς γῆς. γῆ nihil facit huc. fortè ἐπιπολῆς aut quiduis tandem aliud. res ſententiam aperit.*

ib. 37. Inquam ego.) *ἔφην legendum, non ἔφη.*

288. 11. Et incudibus.) *ἡ τῶν ἀκμόνων. uox hæc incudes ſignificat, Iunius ἀκονῶν legit, & cotes reddidit. certè articulus ὁς ad ἀκόνας non quadrat, & mox τὸς ἄκμονας repetitur. Tamen poſt αἱ ἀκόναι commemorantur, ut & cap. huius libri octauo, & in lib. de primo frigido.*

289. 21. Calefacit, &c.) *λεπτὸς πάθη. Deprauati ſunt Euripidis uerſus non leuiter. Suſpicatus ſum aliquando non procul abituros à ſcriptura recepta, ſi Λεπτοσπάθοις legeremus, & ῥιπίοις, aut potius ῥήγεσι. hoc planè congruit, illud à ῥιπίζειν & ῥιπὶς potuit fortaßis tralatione aliqua poëtica tolerabiliter dici. σπάθη inſtrumentum textorium eſt, adeoq; σπαθητὸς χλαῖνα è Sophocle refertur libro quarto, capite decimo Onomaſtici Pollucis. Sic ergo legerem, Λεπτοσπαθήτοις χλανιδίων ἐν ῥιπίοις. quid ſi pro ἐν ῥιπίοις legas ὀφειπίοις, μεταφορικῶς, ruderibus, id eſt fragmentis pannorum, centonibus. Non uolo nimium tribui meis coniecturis, quæ in re obſcura non poſſunt habere multum certitudinis. ὀφειπίοις tamen non planè auerſor, quia ſic legitur περὶ φιλοστοργίας libello, ubi iidem uerſus adducuntur, itidem non integri.*

290. 22. Diſceret.) *μεμυημένοι. in Aldino eſt μεμυημένου, & non ἐλέγχοντες, ſed λέγοντες, uideturq; corrector ferè idem ſecutus quod Iunius. Locus eſt uitiatus, ut & uox διεωρωμένου, quæ hîc idem ſignificat quod διηθημένου. Et rurſum aliâs Ariſto, aliâs Ariſtio hîc legitur, quorum hoc iteratur, & cap. ult. iterum eſt. Igitur id tenui, etſi ſupra Ariſtonẽ protulißẽ. Videntur aũt fuiſſe diuerſi.*

291. 1.

291. 1. Honeſta translatione,) χρησάμενον ἔχειν. λέγειν uel εἰπεῖν ſcribendum. ſed certè uox ἐξονυχίζειν non quadrat. Si tamen poſterius illud ἐκθηλιώσειν caſtrationi ſatisfacit, & ἐξονυχίζειν eſt acrimonia ſua, & ui ſpoliare: tolerari poteſt. aliter Iunius legit. ὅτι φρονεῖν puto φορεῖν. Notum eſt, Cyrum iuniorem hoc inter ſuas laudes numeraſſe, quod meri multum ferret. Sapere non quadrat huc, σωφρονεῖν, quod legiſſe puto Iunium. Locus Homeri, in quo uitis διαῤῥύγιος dicitur, eſt Odyſſ. ult. 341. & ῥύγη apud eundem pro uite uinifera ponitur hymno in Apollinem, uerſu 55. ἀλλ' ῥύγην οἴσεις. & terra ῥυγηφόρος, uitifera. 529.

293. 35. Sed pulimum.) οὐ γὰρ βούλιμον. Sic lego, ἀλλὰ πούλυμον οἷον πολύλιμον πάλαι ὀνομάζομεν. Βούβρωσις eſt apud Homerum Iliados ω. 532. ibiq; ab Euſtathio hæc Plutarchi ſententia adducitur. Quis hæc loquatur non conſtat, infra συνετῶλύρε legitur ſine nomine, neq; ſunt integra.

295. 9. Principium reſpirationis.) αἱματῶδες uox nihil huc faciens ut & ὑπέκλυμα, pro qua haud dubiè ὑπέκκαυμα legendum eſt, uox in hiſce diſputationibus uſitatiſſima, & λιμοῦ in Cleomenea definitione planè eius inſtituto repugnat.

296. 18. Cotes plumbeæ.) ἀκόναι μολίβδου. Iunius laminas plũbi uertit. & ſanè dictũ eſt (ſi rectè habet) cos plũbea ἀκυρολογία quadã, ein pleiener Vuetzſtein. nam ἀκόνη cautẽ ſignificat: id quod acuit, θηγάνη. itaq; ampliùs. Locus eſt corruptus. de cotibus plũbeis res iiſdẽ uerbis ex Ariſtot. citatur in lib. de primo frigido.

297. 13. Reſplendentia.) ὑγρὸν γὰρ ἔλαιον, de quo hoc capite diſputatur, Hom. appellat Odyſſ. ζ. 79. cæterùm fortaſſe legendũ ſublato aſteriſco τὴν αὐταύγειαν. & ψαῦσιν, pro ψῦξιν, quæ non uideo cur hîc ponatur. pro βραχύτητα ipſe ſenſus ῥαχύτητα flagitabat.

298. 36. Et cortex.) καὶ τὸ ὄῤῥυγον. abſurdè, niſi fortè è ligno fructuoſo facta opera intelligit. pro κόνιν lege κονίαν.

## IN VII. LIB. SYMPOSIACORVM.

300. 7. Communicationem colloquij.) ἀλλ᾽ ὅτι ὀλίγε. hoc non puto in hac ſententia locum habere : neq; dubito quin λόγε eſſe reponendum, ipſe ſcopus orationis doceat. Locus Platonis de quo capite primo diſputatur, eſt in Timæo. Verſus Alcæi choriambicus extat apud Athenæum 10. Gellium 17. 11. Macrobium 7.15. Satur. ut notum eſt. Demiror autem cùm alios, tum Iunium πυρὶ τέλλεται legendum putare (nam de mendoſo apud Gellium ἄκρον nihil eſt dubij, & Sirius κατ᾽ ἐξοχὴν ἄστρον dicitur, facilè omnium ſtellarum fulgore, magnitudinis apparentia, & efficacitate, ut creditum eſt, prînceps, ideoq; etiam pro anni canone uſurpatus.) nam etſi apud Athenæum lib. primo ſic legitur, tamen ſcriptus codex ibi περιτέλλεται habet, itemq; impreſſus in decimo. Eſt autem uerſus ſpondeo, tribus choriambis, & iambo conſtans, qualibus Alcæum uſum cùm alij pauci itidem ſuperſtites docent: tum quòd apud Horatium, qui eorum ſimiles ſunt, Alcaici dicuntur, utpote Alcæi imitatione facti.

ibidem 35. Etiam frui.) ante ἀπολαύειν, deeſt ὅτι, aut tale quippiam, aut potiùs γὰρ ſequi debuit. mox πολλὰ in ποῖα mutabis reipſa iubente.

302. 2. Fauces, accelerant.) λσυκανίην. apud Homerum, unde hæc ſumta, λαυκανίην legitur, & à uerbo λαύω Euſtath. deducit: quia tamen Lexicographi etiam λσυκανίην (quæ legitur in Apollonij argonauticarum ſecundo) uocem ſuo etymo afficiunt, nihil muto. illud quidem τὴν δὲ λσυκανίην ἐσίθηκα, mendoſum & mutilum eſt. Cæterùm quæ de Cyclope citantur ex Odyſſ. ι. 373. Plutarchi uerbis corruptis ſententiam obfuſcant.

302. 8. Hic enim tantum abeſt.) τοῦτο ὑγρὸν ἀπιλαύειν, pro quibus ſcribendum τὸ τὸ ὑγρὸν ἀπιλαύνειν. & ὥστε poſt ἀρτηρίας inſerendum. Eupolidis uerſum poſteriorem rectè habere ἔκλυρον, conſtat. nam & ἔκλυτον, quod eſt apud Athenæum & Macrobium, ſenſum planè gigneret contrarium, & Græci Lexicographi uocem ἔκλυρον agnoſcunt, quæ ſignificet ὑγρὸν, νοτερὸν, ἐνικμον, humectum: quod optimè quadrat.

303. 21. Confertim 'ue infuſus.) Emendabis hæc puſilla quædam, ut ἐπιράγητον & δίχα, pro quibus ἐπιραντὸν & δίψα ſcribendum, & quæ tamen morari rudes poterant. Sed ubi Philiſtionis mentio eſt, & plurali deinde numero ὑφηγοῦνται ſcribitur, excidit Dioxippi mentio, quod è Gellio liquet hunc locum citante. uidentur autem plura deeſſe.

305. 8. Maximè quod eam.) οὐχ ἥκιστα. Luxata ſunt hæc, in'que ijs diuinaui uertendis. mox φώνη τὴν πίτην) Pinum Iunius uertit neſcio quid ſecutus. coagulum enim dicit Plutarchus, πιτύαν, cuius (nolo enim nunc alios autores citare) mentionem noſter perſpicuè fecit in libello de his qui ſerò diuinitus puniuntur. pro μήτι lege ἤτι. De gallinarum luſtratione Plinius 10.41. ἠρύγγιον autem ſcribi debet, & hoc ipſum Plutarchus alibi retulerat, ubi erat ὀρύγγιον. in lib. philoſophum præcipuè cum ducibus debere philoſophari.

306. 20. Poſitus commoditate.) εὐθημοσύνης legendum. nam notus eſt de ſatione locus Heſiodi, ἔργοις. 469. uerſu. & locus, de quo capite tertio diſputatur, eſt uerſu 365. οἰνώχειον autem non puto eſſe uocem Græcam, οἰνάριον lego, ut ſit diminutiuum ſuauitati ſeu ſaporis uini elegantiæ abblandiens.

308. 30. Philarchus.) φίλαρχος. Hoc Flori nomen (neſcio quàm rectum.) Iunius candidatum uertit. pro ὂν μάλα ego confidenter οὐ μάλα legi. De menſa eſt etiam in Romanis quæſtionibus problema, numero LXIV. ſed & id non (puto) conſentaneum eſt, idcirco à cœna lucernam non exſtinctam, ne oleum fruſtra conſumeretur: certè enim ſi exſtincta fuiſſet, multo minus oleum ad nullos uſus abſumeretur. Eſt ergo mea opinione, in hanc ſcriptum ſententiam: Tametſi aliâs ſtudioſè cauerent, ne oleum fruſtra inſumerent. ut inter δεῖπνον & ὅπως uideatur fuiſſe aliquid tale, ἄλλως σπουδάζοντας.

310. 13. Gratitudinis meditandi.) μελίτης. apum cauſa uertit Iunius, ut appareat eum legiſſe μελίσσης. quam ego uocem hîc ſi reperiſſem, nihil ueritus fuiſſem ea ſummota μελίτης ſubſti-

tuere. non enim obſcurum eſt hoc agi, ut gratitudinis diſcendæ, ad eamq́; ſe ingenuis exercitationibus adſuefaciendi cauſa talia priſcos agitaſſe oſtendatur. Sic ijdem Athenienſes iumentis quoq; emeritis in ædificio publico, publicitus curarunt alimenta. Quid quod Paulus etiam boum triturantium regulam ferè eadem analogia exponit. Heſiodi locus eſt extremo operum.

ibidem 25. Paſsiq; ſunt.) χρῆσθαι ζῶν. forte χρῆσθαι ἐῶν ζῶντας.

313. 5. Et Pindarus.) Hic locus emendari poteſt è pagina poſtrema libri Plutarchiani de comparatione animalium.

314. 4. Is namq;, vt perhibent.) ὥς φασιν ἄθλιος. legebatur Δίλιος, ſed emendabis ex libro Plutarchi de uirtute morali. Ibidem pro ἤκειν eſt ἥγειν. ἐκποδιολοῦσαι) forte ἐκποδιολύουσαι, & pro ἐνακισμέναι legerem ἐνῳκισμέναι.

316. 5. Vbi furores ſunt.) μανίαι τ' ἀλάλαιτε. uidetur ὅπου aut ἵνα deeſſe ante hæc uerba è Pindaro deſumta, & non ſemel à Plutarbo adducta ut 1. Sympoſ. 5. & de oraculorum defectu. ſunt autem reliqua manca. ἐκπλαγησόμεθα lege pro ἐκπλαω. Cæterùm hæc periodus τὸν μενέλαον, &c. uſque ad finem capitis, planè huc non pertinet, & eſt prorſus ἀπροσδιόνυσος. neque obſcurum eſt è ſequenti problemate extritam, huc ab oſcitante ſcriba eſſe coniectam.

ibi. 16. Et ad quos.) πρὸς τίνας legendum eſt.

317. 11. Qui nauigia locant.) ἅπερ ocioſum eſt, niſi parentheticon uelis. certè pro περιέχουσι ſcribendum erat παρέχουσι.

ibidem 25. Opus habere.) δεόμενον, non δεομένων lege. Sed quis hæc omnia perſequatur.

318. 29. Neq; ſeorſim.) Suprà etiam συμβωμοῖς & συνναοῖς legi, ut ex uerſione intelligere potuiſti. ſed hæc ἢ καὶ uel ſcriptum eſt, uel accipi debet pro καίπερ, ſcribendumq́;: Etſi ſeorſim eos ſingulatim'ue non nominent.

321. 27. Poſt opinio.) Porrò aũt uidetur aliquid de fine huius capitis periſſe, & inter ea, id quoque quod modò ſuperiori capiti

per-

*perperam aſſutum monui, fuiſſe. quod interiectis aſteriſcis ſignificaui.*
323. 23. Interimq́ diſpiciendum.) ἅμα τέρποόμενον *lege. Sic enim fert uſus linguæ huius.*
326. 3. Ad effingendum.) πλάσιον. *fortaſſe* πλάσιν, *initio huius capitis* ποῖον *ſcribe, pro* ποῖ ἄν. *aut potiùs legendum* ἀκρ.ἔντον, ποῖον ἄν. *multa alia ſunt mendoſa.* ἱκανὰ καὶ δρασῆαι) *lego* ἱταμά. ib. 27. Socia conuiuij.) τοῖς δαιτὸς ἔτι *legebatur. Vbi ego rem ipſam ſecutus ſcribo* τῆς δαιτὸς ἑταῖρα, καὶ. *Locus Homeri* περὶ φόρμιγγος *eſt Odyſſ.* ρ΄.271. *pro* σιγμοῖς, συριγμοῖς *reſtitues. magis enim hoc congruit, & pro* ἀμείλικοι *reponerem* ἐμμέλεσι. βόμβυκας *autem non ſanè hæc agnoſco.* βέμβικας *quadrare faciliùs uiderentur: multo fortaßis rectius* σαμβύκαι. *Sed multa reſtant adhuc menda.*
327. 32. Ad aures.) ὠράθεν. *auritùs, ut ita dicam, id eſt per aures. Hoc quidem uoluit Plutarchus ſignificare, ſed uocabulum eſt mihi ſuſpectum : & ſi fingendum uocabulum fuit, maluiſſem* ὠάθεν. *Poſt* κρουσομένῳ) *legendum ſuſpicor* κορυσσομένῳ, & *νόμιμον ſenſus poſtulabat.*
330. 2. Vacuum præſtat.) ἀπεπαύει *eſt legendum. nam* ἀπολαύει *nullo ſenſu legitur.*
331. 4. Si vino occupatum.) παρ' οἶνον *lego, non* πάροινον. & *mox* ῥιμβῶδες. *quam uocem alibi ſumus interpretati. rhombi autem hæc nihil faciunt ad rhombum.* ib. 19. Hiſtriones.) ὀρχηστάς τε. *Si non plura, hoc ſaltem deeſt,* ὁρῶντας, *cum uideamus.* & *poſt apud* δεσπότας τύχας *uel* δούλους *deeſt. alluditur enim ad tragicum ſenarium alibi poſitum.*

## IN LIBRVM OCTAVVM Sympoſiacorum.

336. 11. Quia ſacrificia deorum.) *Legitur* θυσίας. *Iunius in* ὁσίας *mutauit. Ego de eo hæc non diſputo, & coniecturam' ne ſit an codicem ſecutus, neſcio: nihil quidem muto.* 337. 16. Tentarentq́ hoc modo.) ὥσπερ περομένους. *Hæc codicum*

*fides eſt imploranda. nimis quàm enim deprauata ſunt hæc uerba. Conati autem ſunt Mathematici, μεσόλαβα & alia id genus inſtrumenta conficere, quibus uterentur in inueſtigandis duabus lineis medio loco continenter proportionalibus inter duas datas: quarum in duplicando cubo uſus eſſet. Vide Vitruuium lib. 9. cap. 3. & ibi interpretes. De hac Platonis cenſura, itidem eſt mentio apud noſtrum in uita Marcelli: paulo ſupra ἐποπτέια τελετῆς) legebatur τελουτῆς. Quid ſit ἐποπτέια, nempe ipſorum iam arcanorum inſpectio ſacrorum, qua initiatis frui ſtatim non liceret, didici è Plutarchi Demetrio & περὶ ἐκλελοιπ. χρηστηρ. Itaq; τελουτὴν tolerare non potui: mox καὶ ante πάθει abundat, ſi nihil excidit. μυρίων ἄξιον ὀνομάτων) ὀμμάτων malim, ut uiſus cum mente ſit comparatio.*

338. 20. Neq; Geometria, aiebat.) ἔφη γὰρ οὐ τόπον. *Verè ἄτοπον eſt hoc lectionis. uidetur legendum γὰρ, ὅτι τὴν γεωμετρίαν ἄλλου τινὸς ἢ, &c. Sed tamen quî illud τόπον irrepſerit non apparet. pro ἄριστον eſt ἀόριστον reponendum: cauſa neminem eruditum latet.*

339. 16. Figuris tertiam.) ἀλλότριον. *alieniſſimum uerò mihi hoc planè uidetur eſſe ab hac ſententia uocabulum. quî enim dicatur ἀλλότριον id quod duabus datis alteri quantitate, alteri figura conuenit? legerim ἄλλο τρίτον. Res docetur propoſitione XXV. libri ſexti Euclideorum elementorum, τὸ autem bis eſt hæc perperam pro τῷ ſcriptum, & pugnat cum ipſa re.*

ibidem 27. Appellamus. Materia.) *Legendum eſt καλοῦμεν. Ἢ, &c. erat ὑφ' ἕν, καλουμένη: & erat diſtinctionibus confuſis locus deprauatus. Delerem autem ὁριστὸν καὶ, pugnant enim cum ſenſu. Finis eſt distortus.*

340. 30. Cæcæq;.) *legendum ἀλαώπιδος. erat ἀγλαώπιδος: puto quòd librarius neſciret ἀλαὸν cæcum eſſe: quod huc optimè quadrat, cum nihil ſit hîc ἄγλαον.*

341. 5. Multum enim inane.) πολὺν *legitur, loco aſteriſcis notato. Equidem neſcio an aliquid deſit ſi πολλὴν legas.*

342. 2.

342. 2. Veluti in via.) *αὐτίπραξιν.quin potius αὐτίφραξιν, & pro ἀναψάμενος alieniſsima uoce quis non legat ἂν ἁψάμενος;*

ibidem 26. Mutiſsimum.) *legi κωφότατος.quî enim ſit κωφότατος. ſed & alia ſunt manca, ut mox ἐπεὶ δύπε, legerim ἐπεὶ ἐδεῖ πε.φησὶν ὁ ἀὴρ,fortè ὁ ἀνὴρ.* Ruſum *ἐμὴν ἀφαιρ) ἐμὴν ἀλλὰ ſenſus poſcit.* 343. 21. Nam neq;.) *Simonidem aliquantulum corrigemus.quid enim ſit ſῶοσίφυλλος. Eſt autem ἔνοσις ſeu ἔνοσις concuſsio, agitatio. unde Neptunus ἐνοσίχθων Plutar.Theſeo.legendum etiam μιλιαδία γᾶριν.*

344. 19. Contentiùs vociferamur.) *γεγωνήσεις legi,cùm inueniſſem γεγαννήσεις.*

345. 17. Lychnitidibus.) *λύχνισι.credo λυχνίσι aut λυχνίτισι legendum,de qua herba cum etiamnum materiæ medicæ periti diſputent,ſtultè fecero ſi quid ipſe pronunciem.id quidem ex Plinij & aliorum ſcriptis notum eſt, quod huc pertinet, florem fuiſſe elegantem,adeoq; roſæ genus,& coronariam. Homeri locus de Nauſicaa frondi palmæ comparata eſt Odyſſ.ζ.162.*

ibidem 32. Inquit Soſpis.) *Διὸ καὶ μᾶλλον ἔφη. nimirum ὁ Σώσπις,cuius eliſum eſt nomen.*

349. 1. *Διῆναι.*) *Equidem hoc me legere apud Homerum pro tingere non memini. At μιαίνειν ſic uſurpauit Homerus bis Ilia.δ. in uulneratione Agamemnonis. & uidere potes. Euſtath. ibi, & in Iliad.ι.31.Et Homericus Hector non pollutus ſanguine, ὁυδέ ποθι μιαρὸς dicitur Iliad.ω.420. non infectus. ut inficiendi quoq; uoce Latini interdum pro corruptela ſummunt. Viderint docti. φθορῶν in coloribus mentio eſt facta de gloria Athenienſium.*

350. 11. Alcæus.) *ſcribendum ὁ Ἀλκαῖος,non ἄλκιος. Pittacum Mitylenæorum æſymnetam Alcæus ut tyrannum inſectatus eſt:ut ex eius uita ſatis conſtat. & ijs quæ infra habet Plutarchus in Erotico.fol.771. Eraſmus ζοφοδορπίδαν legit in Chiliadib.neſcio quare, nec probo.τὸ μὲν τι πρότερον) deeſt aliquid. poſt ἐπὶ κῶμον) legendum ὧδε κῶμον,aut τὸν κῶμον. quod malo.*

καῦρι δόρι) καύδορι δόρειν puto. Iunius planè omiſit, cuius ſententiam eatenus probo, quòd uidit finem capitis malè conſtare, ſed emendationem non puto eſſe ſatis commodam.

352. 11. Supra ſcopas.) σαφὸν uide quæſt. Rom. 112.

ibidem 27. Perpetraſſe.) τὰ μὲν, τὰ δὲ. Sic ſcribendum, non τὰς. Fabula eſt nota. certè enim utrinq; & actum fuit ſcelerate ac nefariè: & atroces acceptæ calamitates.

353. 10. Turpiter ingrata.) ἀχάριστος καὶ ἄπτυστος. fortaſſe κατάπτυστος. ibidem 26. Cæteri.) pro ποιούμενος lego ποιούμενοι. ſunt & alia id genus, è uerſione noſtra correctu facilia. ut ἀναστήσας, pro quo ἀναστήσασα ſcribendum.

354. 12. Cur hinc caput ordiar nouum, ne ſcilicet periodum in duo capita diuellam, facilè uides.

356. 19. Facere hoc & operari.) ῥέζειν lego. Hæc enim uox, non (quod ſciam) ῥαίζειν ſacrificijs accommodatur. Facere & operari Latinos quoq; ſic uſurpare, ſciunt eruditi.

357. 2. Mullum frugiperdam.) ληϊβότειραν legendum, quæ ſegetes depaſceretur. Suis eſt epitheton apud Homerum Vlyſſ. Σ. 29. ῥυγκφάγος, uuas uorans, σπερμολόγος ſemina terræ credita eruens. beſtiarum epitheta hominibus damna dantium. Similis ratiocinatio eſt apud Ouid. XV. Metamorph.

ib. 16. Delicatis.) ἀβροβίοις, non ἀβραβίοις, quod nihil eſt.

359. 18. Poſsit producere.) ἐπεισάγουσα. σαι habet Aldus, ſed δύναμιν niſi abundat, aliquid deerit. paulò antè pro ἄριστον lego ἀόριστον, quod mendum non ſemel occurrit.

ibi. 35. Compræhenſis.) ἐμπειρίαν ἐχομένων monſtri eſt ſimile: planiſsima lectio erit ἐμπεριεχομένων. Poſt ἔκφυλον ſcripſi, cum ἔμφυλον contrarium ſenſui eſſet.

362. 26. Aut interciderunt nunc.) προτέρων ὄντων, ὕστερον. Legi uult ſententia πρότερον ὄντων, ἤτι τῶν πρότερον ὄντων, ὕστερον κτλ. 363. 7. Quin & cerebrũ.) λέγουσι δὲ μηδὲ ἐγκέφαλον. Lacer eſt hic locus. Dicam quod res eſt. Antiquitus (inquit) cerebro non ueſcebantur, uerùm ab eo abhorrebant,

bant,idq́; abijciebant: quo factum ut cerebri appellatione quaſi per prouerbium nauci res aut homines nihili ſignificarent. Hanc eſſe genuinam huius loci ſententiam, abundè demonſtrat Euſtathius in Iliados ι. 378. —τίω δέ μιν ἐγκαρ@ αἴσῃ, hunc ipſum locum citans, cuius apponam uerba: ἱστορεῖ inquit Πλούταρχος ἐν τοῖς συμποσιακοῖς, ὅτι ἐπεὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἤσθιον οἱ παλαιοί, διὰ τοῦτο εἶπεν Ὅμηρος, τὸ τίω δέ μιν ἐγκαρος αἴσῃ, τὸν ἐγκέφαλον οὕτω προσειπὼν, διὰ τὸ ῥίπτειν, φησὶ καὶ ἀποβάλλειν μυσαττομένους αὐτόν. Sed et locus de frigidis mēſis eſt deprauatus, uidetur aūt dicere eas cū olim eſſent ultimæ, factas eſſe inuerſo ordine primas. Verſum aūt heroicū caſtigabis ex autore. Extat n. Odyſſ κ. 513.

365. 16. Vt Epicurus.) Niſi Græca uerba ita diſtinguas, quō ſunt in noſtra uerſione interpuncta, nunquā ſententiā uerā expedies, quam tamen nos nullo præterea apice mutato damus integrā.

366. 37. De mortuis dicuntur.) ἐπὶ τοῖς νεκροῖς γέγονε malim λέγεται. & ſic habet Euſtathius, uerba hæc adducens in Odyſſ ξ. 201.

367. 5. Nondum enim humor.) οὕτω γὰρ ἥκει. id uerò & ſententiæ aduerſatur. lego ὅπω, & pro βαχὺ puto παχύ.

## IN LIB. QVAESTIONVM CONuiualium nonum annotata.

ib. 35. Sorte cōparata.) ἀπόδειξιν ἔλαβον. Credo ἔλαχον legendum, & proximi capitis initium uidetur hanc coniecturam iuuare, & huius loci obſcuritatem quodammodo, ac quid ſit ἀπόδειξις, illuſtrare. 368. 15. Attemperatè.) Lego τῷ καιρῷ πρεπόντως ἅμα. Mendum enim eſt προσήκοντος.

ib. 21. Videbatur.) δρᾶν ἀλλόκοτον. Hiſtoria ſatis nota eſt, Aldus habet ἀλλόκοτον ὁ μὴ οὐκ ἐᾶ: et nō malè ſēſit corrector ὁμένου finē eſſe participij (puta integrū νομιζομένου, aut tale aliquid) & legendum καὶ ἄθεσμον. Mox pro ὥστε ego ὅτι auſim reponere. Pœnè etiam pro σύσσκηνων reſtituiſſem, quod certè puto eſſe genuinum, εὐθὺς σκοπῶν aut ἐπισκοπῶν. Mummium, inquit, ſtatim puerorū ingenuorū examē inſtituiſſe, etc. Inter ἀληθὲς ἔχοντος

itidem particulam negantem neceſſario (niſi fallor) ingeßimus.

370. 27. Quem non ſecundum.) ὃν δεύτερον. adhæc deſunt uerba ὃν νομίζουσι θεῶν, aut idem facientia. Cæterùm hos etiam Ebraica lingua ijs litteris ſcribitur, quibus primum elementum ſcribendi. Heſiodi uerſus eſt:

οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα.

ὄργοις. 403. ὀνομᾶσθαι δὲ τὸ ἀεὶ) Locus non integer.

371. 15. Cùm enim ſint nouem.) ὄντω τὸν μέσον. Libet hæc adſcribere quî, & cur ita locum hunc legendum putem. Scribendum ergo fuiſſe ſic opinor, ἐννέα γὰρ ὄντων, καὶ ὀκτὼ, καὶ ἑπτὰ, ὄντω τὸν μέσον ἀριθμὸν ὑπερέχειν καὶ ὑπερέχεσθαι συμβέβηκε. τῶν δὲ ἄκρων, &c. & διπλασιάζει pro ζειν. tum θερμασίας huc ita facit, ut quod minimè, atq; haud ſcio an etiam aliquid poſt eam uocem exciderit, pro qua ſanè legerim alioqui ἑρμηνείας aut quiduis aliud congruens. Reliqua emendationis ratio ex hoc ſchemate intelligitur.




ibidem 35. Primùm autem.) τὰ δὲ δὴ πρῶτον. hic ſubijce mea hæc, dum Plutarchi inuenias, σὺρεθέντα ἑκκαίδεκα γράμματα, καὶ φοιν, &c. ἢ autem in ὐ fuit mutandum. Res nota eſt ex hiſtoria litterarum. Plin. 7. 56. alij. Sed & quæ de numero ſubiun-

u nguntur, euidenter mendoſa ſunt.notum eſt enim quaternionem cybum non eſſe,ne dum primum cubum.

372. 33. Voluiſſet læuam.) ὅτι πατάξαι βουλόμενος. deeſt τὴν ἀριστεράν.

373. 28 Neq; diſsimulauit.) ἔτι δὲ ὁμολογῶν. Legendum ἐπεὶ δὲ, & deeſſe uidetur ὅτι ante ἀποκρίναιτο: ut uertatur, Cùm non diſsimularet Hylas, &c. Platonis locus eſt ſub finem decimi de Repub.neſcio an menda non ſubſit. ἢ ante φθεγγόμενος non uideo quid agat.infra χρῆσθαι μάλιστα τῷ νῷ) lego τούτῳ.

375. 27. Menephilus.) Sic infrà cap. 14. hæc Menephyllus,quod non probo.

ibidem 33. Ille nobis ſolet.) αὐτὸς εἴωθεν,quis. nam apud Homerum quidem non referuntur hæc,fortè εἴωθας,ut Hyle grammatico dicatur. Solent enim grammatici talia congerere.

376. 1. Obliuionis.) pro βωμός ἐστιν ἀληθὴς,lego βωμός ἐστι τῆς λήθης, nam quid rei eſt ara uera quæſo? Cæterùm Thraſybuli hiſtoria quæ mox commemoratur, & nota eſt,oſtendit aram poſitam Neptuno in æde Mineruæ,ut contentio obliuione deleretur. Vbi aſteriſcus eſt, permulta uidentur periiſſe, nimirum & huius problematis reliqua,& ſex deinceps proxima,particula duntaxat duodecimi ſuperſtite. Cæterùm Lyſander (ut in eius uita & alibi Plutarchus aliiq; tradiderunt)is fuit,qui dictitabat,pueros talis,uiros iureiurando eſſe decipiendos.

379. 4. In pede vulnerauerit.) τὸν μὲν πόδα. Ineptè. Loquitur de aliquo eminus de improuiſo ſagitta icto, itáq; uicto, & confertur Paris congreſſus & ſuperatus. Inferius ἀλλ' ἔχοντι δὲ εἰπεῖν) Nihil eſt. legerem libenter Συνελόντι δὲ εἰπεῖν.

380. 32. Poſt hæc Muſis.) Hinc ordiri placuit quæſtionem XIV. & ante τοῖς βασιλ. σὺν omiſi. pro ἀναλογοῦσι ἀναλύουσι legerem.ſed & μεγάλα εἰπεῖν ad dialecticos non quadrat. Index capitis decimiquarti debuit eſſe ante uerba ἐκ τούτου σπουδὰς. & ὀργατῶν δὲ ἄλλων mendoſum erat. quid autem eſt

ἐν λέω. Sunt pleraq; hic manca.

382. 7. Conflatum eſſe cubis.) συνηρμόσθαι, μονάδος. Niſi hæc interijcis uocem κύβων, nulla eſt omnino ſententia. ibid. 31. Facultates.) δυνάμεων ſcribe. & pro γραμματικὴν re parum mathematica ἀριθμητικὴν. & νενέμηται εἰς τρεῖς. Poſtea Ἀγνδρίων νόμων πολυθεὶς. hæc uox eſt ſuſpecta mendi. In Erotico, pagina 767. pro ea legitur πολύτη, neque uideo quid huc polites Bacchus facere poſſet, cuius in Atticis meminit Pauſanias. certè Ἀνυσίδωρα malim quàm Ἄνισ. Sed tamen ita etiam legitur in Atticis Pauſaniæ Bacchi Ἀγνδρίτου mentio eſt ſuprà lib. V. probl. III. χατέουσι pro κατέχουσι ex Homero ipſo repones. eſt enim Odyſſ. γ. 48.

384. 1. Quantum fieri poteſt.) ὡς ἂν τλὼν ὑστορὰ ἐστιν. monſtroſè. Lego ὡς ἀνυστόν ἐστι. & ferè non dubito de hac coniectura. ſcribo autem mox ἐπίστησον, nam de Platone loquitur, cuius Sirenas inuenies non procul fine decimi de Repub. libri. multa autem hæc ſunt miſerè uitiata.

385. 24. Iſta probabiliter.) ipſum metrũ & ſentẽtia ἑτοίμοισι repudiant, ἐτύμοισι requirunt.

386. 24. Deniq; aurium &c.) Melepomenen cum lego, & diuiſionem duarum Muſicarum conſidero, in eam ducor coniectura ſententiam, fuiſſe ſcriptum: ἡ διὰ τῶν ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν, &c.

389. 1. Poteſt transferri.) μετάθεσιν. Fortè μεταβήσειν. Locus eſt mancus, hoc autem uult Simonidis dictũ, qui poëſin eſſe picturam loquentem, & picturam eſſe tacentem poëſin docuit, huc transferri poſſe, ut ὄρχησις ſit poëſis loquens. Cætera Delio opus habent natatore. Et Græca in uertendo relinquere conſultius putaui, quàm malè uertere, denegata latinis huiuſmodi cõpoſitionũ licẽtia & elumbiũ exemplorũ copia, de quib. hæc agitur. οὐδὲν ἱερόν.

## IN AMATORIVM LIBRVM.

SVnt quædã mendoſa in hoc libro, ſed quæ ob fœdæ impietatis defenſionẽ ijs contentã uix legere ſuſtinui, tantũ abeſt, ut emendanda duxerim. immò nimis etiã liquida quædam ob turpitudinem

dedita

*dedita opera obſcuraui inter uertendum. Huc certè pertinet illud, dum legimus hunc librum: Mundis omnia munda. Cæteroqui lenia quædam menda ſuſtuli, ubi potui ſalua pietate: de quibus rationem reddere ſit ocioſum, quale eſt quod* 391. 5. *ex ijs quæ ſequuntur* Ly*ſandram pro* Ly*ſandro reſtitui.*

392. 6. Acerrimus erat.) αὐτηρότατος τῶν ὁρατῶν. *deeſt, quod ex diſputatione facilè intelligi poteſt, uox* αἰτίωτικος *aut ſimilis, quæ impugnationem deſignet.*

393. 10. Et helluatio.) *pro* φιλοψυχία φιλοψίαν *reſtituc planum. & pro* ἐπαγγελῶν, *quod nihil huc facit,* ἐπεγγελῶν.

396. 27. Hæc verba.) *lego* ἐξεπωλίζει.

397. 1. Ad ignem accedens.) L*ege* γέμοντι πυρὸς διὰ πολιὼ χρόνον πλησ. *locus conſtabit. & paulo pòſt,* ἂν ἐλαφρᾷ, *&c* ἡ κρᾶσις, *&c.* ibid. Inanes & leues.) ἐκβεβαίως. *Imò* ἀβεβαίως *. cuius autem uocis locum obtineat* κιλίως, *non ſuccurrit, neq; quî e ſarciantur reliqua. Heſiodi uerſus ex ipſo Heſiodo facilè eſt corrigere* ὄργων *uerſu* 694. *ego quidem* ῥιγηκοντ' ὢν *malim, quàm quod ibi legitur* ῥικνόντων. *Quod autem aſteriſcus amiſſum ſignificat, non habeo reſtituere.* φοίνικας *quidem lego, & palmarum fructus, non phœnices accipio. Habeo quod diuinarem, ſed non fido.* καθὸ, ἀίωδηται ὀφρὺς) *Fortè* ὀφρῦς ἀράτω *aut tale aliquid, uult eam ſimulare amantis contemtum, opinor.*

398. 28. Eo ipſo quod emitur.) δι' ἰωνῆς καταπυγμμάτων. L*ego* δι' ὠνῆς, *exiſtimóq; ſententiã eſſe, emticias eo ipſo quia emtæ ſint mulieres, pignus ſecum obedientiæ ferre, neq; metuendum ne ſe uiris anteponant.* V*ox autem* κατέπυμμα, κατάπληξιν, *ſeu* ὑπόπληξιν *ſignificat, mihi ſuſpecta. Ante aſteriſcum permulta deeſſe apparet. Paulo pòſt de Beleſtia uidentur uerba traiecta eſſe. apud Athenæum lib.* XIII. *Biliſticha uocatur, Ptolemæóq; Philadelpho tribuitur.* 399. 16. Mulierum præda ſunt facti.) *inter* γενόμενοι *&* λεία *eſt cum lacuna aſteriſcus, utrumq; tollendum puto, & nihil deeſſe. Phryne deſpoliauit Græcos, & trophæum illorum impudicitiæ ſuas ſtatuas & anathemata Delphis fixit,*

ut Crates dicebat, ſicut in libro de oraculis Pythiæ ſolutis Plutarchus perhibet, qui locus hunc explicat. Res eſt nota. & meminit Pauſanias Phocicis. Cur ergo non dicerentur ita fœdè mulieroſi homines Δέα γυναικῶν;

401. 22. Luxurians opibus.) δὲ γύναι φρονεῖς. δὲ uerſus non tolerat, & φρονεῖς niſi interrogatiuè legas, ſenſui uidetur repugnare. δὴ ac φρονεῖ malim, & βαδίζει debet legi, non ειν.

402. 5. Cui & alia arcana.) Lege ita hoc membrum, καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ φ. &c. ἐμὲ γοῦν οὐκ ἂν ἀπεκρύψατο, τῶν τε ἄλλων μεταδιδοὺς, ita omnia erunt plana.

403. 8. Neque enim.) Lego οὐ γὰρ δι᾽ ἄκρας. neq; dubito ſenarium eſſe iambicum.

Mox Melanippæ.) μελανίππης. Hanc tragœdiam præter Stobæum & Athenæum citant hoc nomine ipſo (non ut apud Stobæum alicubi uitioſè Menalippe legitur.) Diodorus Siculus initio primi, interpres Ariſtophanis, alij. Sed uerſus, quos deinde emendârit Euripides, deprauati ſunt. credo ita ſcriptum fuiſſe ζεὺς οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν ἔχωγε μεταλαβὼν Δί᾽ ἐχθρὸν —— καὶ τοι ἄλλως ἐθάῤῥει, &c. ut prioribus uerſibus in dubium uocauerit Iouem, ſuum inimicum. Attas porrò & Adonæos uidetur dicere Cybeles & Veneris amaſios, à barbaris in Græciam delatos. Porrò autem Empedoclis uerſus aſteriſco notatus, integer facilè fiet ſic:

Καὶ φιλότης ἐν τοῖσιν, ἴση μῆκός τε πλάτος τε
τὴν σὺ νόῳ, &c.

Extant apud Simplicium inter complures alios in commentarijs in primum Ariſtotelis ἀκροάσεως φυσικῆς librum. & adſcribam propter lectorem tres ſaltem continuò ſequentes, qui confirmant ea quæ hîc dicuntur:

Ἥ τις καὶ θνητοῖσι νομίζεται ἔμφυτος ἄρθροις,
Τῇ τε φίλα φρονέουσ᾽, ἰδ᾽ ὁμοῖια ἔργα τελοῦσι
Γηθοσύνην καλέοντες ἐπώνυμον. ἠδ᾽ Ἀφροδίτην.

id eſt, me interprete:

Inſita

*Inſita cenſetur mortalibus artubus iſthæc:*
*Qua duce mutuò amant, ſimiles peraguntq; labores:*
*Læticiæ & Veneri de re nomen facientes.*

*Sequuntur mox tres ſenarij optimè cohærentes & integri: itaq; illos quoq; aſteriſci nota libera. Poſt* σύγκρισιν) *fortè* συγκρᾶσιν. *Sed & illud ſtare poteſt.*

494. 26. Amor ocioſus.) Ἔρως γὰρ ἀργὸν. κἀπὶ *pro* καὶ ἐπὶ *lego, ſecutus poëtarum conſuetudinem. Parrò hic uerſus apud Stobæum* λόγῳ ξβ. *citatur ex Euripidis Danae, ſed legitur pro* τοιούτοις, τοῖς ἀργοῖς, *quod cũ noſtra lectione prorſum cõgruit, & mox ibi ſequitur* φεύγει δὲ μόχθους. *notũ eſt aureũ illud Naſonis:*

*Cedit amor rebus: res age tutus eris.*

*Qui ſequuntur ſenarij, cum compluribus ab eodem Stobæo citantur præcedente* λόγῳ *& Sophocli adſcribuntur. Inde & ex coniecturis ſic leges deprauata.* καὶ πάλιν:

Ὦ παῖδες, ἥτοι Κύπρις οὐ κ. μ.

Ἀλλ' ἐστὶ πολλῶν. (*hoc enim* ὀνομάτων ἐπώνυμος. & μανὰς, *non* μανίας *malo, quàm* πάντων, *quod habet Stobæus.*)

405. 6. Ita exponens, vt.) ἀνδρᾶν γὰρ εἶναι. *In hac Chryſippi etymologia uox* ἀνδρᾶν *dupliciter turbat, cùm quia uitioſum eſt uerbum, tum quia apparet nomen fuiſſe à Chryſippo dictum. neque quadrat huc uerbum* ἀναίρειν, *quod etymon eſt apud Phurnutum: cùm dicat è Chryſippi ſententia manaſſe, ut pars animi repugnans & obſtrepens rationi ac efferueſcens* ἄρης *dicatur. neq; enim puto* ἀνδρᾶν *eſſe contradicere. Itaq; non liquet etiã.*

406. 30. Animas hinc abducat.) *pro* κόμιστον, κομιστὸς *legendum aut* κομίζων, *tum ſententiam ſecutus* θνητῶν *pro* θνητὸν *ſcripſi. uerſus non eſt integer, pro* καὶ τὰ τοιαῦτα, *lege* καὶ τοι τ. *et* πρέπει *pro* πρέπειν *ſcripſi, ut ſenſus cohæreret. Enimuerò quem ego auxiliariũ extuli, is* ἀρρωγὸς *legitur, quod arbitratus ſum pro* ἀρωγὸς *obrepſiſſe. Nunc autem* ἀγωγὸς *uerum eſſe, & pro auxiliario deductorem ſcribendum autumo. Notius eſt* ψυχοπομποῦ *Mercurij officium, quàm ut uſus ſit de eo annotare.*

407. 23. A'ratione eſt alienum.) *οὐμὴν ἀλλοτρίαν. lege γνώμην ἀλλοτρίαν, ut dicat Zeuxippus. Eſt ita ut dicis: aliena à uero, & abſurda eſt eorum ſententia, quam refers. & καὶ ante παρεξ. non ſatis commodè ſtat.* Κύρβαντες *nihil ſunt, Corybantes noti.*

408. 30. Ob efficacitatem.) *διὰ τὴν ἐνέργειαν. omnino hoc uocabulum retineo, repudiata, quam doctißimus uir Victorius lib.23.cap. 14. ſuarum uariarum lectionum copioſißimarum ſubſtituere nititur, ἐναργεία. non interim uel eius quicquam detractum exiſtimationi uolo, uel nego ἐνέργειαν, pro ἐνάργειαν ſæpe apud bonos autores, & eo ipſo loco Quintilian. qui eſt cap. 3. libri ſexti, perperam legi. Sed certè hæc ipſa Quintiliani uerba, quæ à Victorio producuntur, ut uideamur non cogitare, ſed facere, magis ἐνέργειαν puto indicant, quàm ἐνάργειαν. Imaginationes amantium non intra uiſa conſiſtunt, ſed in geſtus, ſermonẽ, aliaq; etiã quæ dicere nihil attinet erũpũt, et ſunt εἴδωλα κινούμενα ζῶντα, etc. ut hîc docetur. Si cui tamẽ magis probatur Victorij ſententia, per me me licet ei ſequi. Mox poſt Catonis nobile dictum, uidentur plurima interijſſe.* 409.10. Vtilitate laudentur.) *μάλιστα θεοῦ. excidit participium: σεμνυνομένου puta, aut ἐπαινουμένου, aut tale, nihil, opinor, præterea.* 411.15. *Hæc in Cleomachi hiſtoria bellum Eretrienſium & Chalcidenſium mendosè Theſſalicum legitur, fortè facta mentio equitatus Theſſalini, quem adduxit Cleomachus, nunc eliſa, mendo anſam dedit.*

412. 3. Floret vrbib.) *lego θάλλει. nihil enim huc κάλλει, cũ & uerbum requireret oratio, & una littera mutata expediretur ſententia. αὐτίοις) fortè αἰτίοις, in quæſtionibus ubi certarum rerum cauſæ exponuntur, ſicut in problematis Plutarchi, quæ αἰτιῶν nomine ipſum citare ſuo loco monui. mox τῶν στρατῶν, pro στρατηγῶν, quod nihil huc faciebat, ſcribito. Vide Plutarchũ in Pelopida. ὅπου καὶ) deeſt in hac periodo aliquid, puto ἔπεισι aut ſimile. & ἀφιλόψυχον haud dubiè autor ſcripſerat, quod animæ & uitæ contemtum ſignificat, de quo hæc agitur, cuiq; adeò aduerſatur τὸ*

φι-

φιλόψυχον. ὁρώμενος ἄδη uel ἴδη lego, nam ἤδη ſentẽtiam uitiat.

413. 23. Veritatem attingunt.) ψαύουσι τοῦ *. Lego τῆς ἀληθοῦς, λέγοντες ἐξ ᾅδου τοῖς, &c. ita enim locus erit integer. καὶ ὁπόρως ) Lego ὅπως. & ἐλᾶν pro ἐλᾷν. ποιητικὴν cur in μουσικὴν cõuerterẽ, ſciri poteſt ex 1. Conuiual. quæſt. 5. quanq̃; ſi ποιητικὴν retinere quis uelit, habet quod pro ipſo faciat in libello noſtri autoris de Pythiæ oraculis. Ego tamen μουσικὴν præfero, & alterum inrepſiſſe ex annotatione marginali puto alicuius, qui muſicen latius patentem ad poëticen uoluerit adſtringere Neq; nego in citato loco poëtam quàm muſicam uideri poſſe commodiùs collocari: ſed citare ad rem præſentem ac honeſtè coaptare nõ nimijs mutationibus poëtarum uerſum, ſi cui alij, Plutarcho eſt familiare.

414. 14. Licuerit ei oĩa.) legi πάντα. Legebatur ταῦτα, ſed hiſtoria eſt etiã in uita Alcibiadis deſcripta. mox ſcribe, ἦγεν, ἀπῆγεν.

415. 12. Sed niſi ob Lyſandræ.) ἀλλ' ἔτι μὴ λύσανδρον. monſtri ſimile hoc λύσανδρον. interpres adiecit κατὰ, ſed hoc eſt uerſurã ſoluere. Ego legendum ſuſpicor, ἀλλ' εἰ μὴ διὰ λυσάνδραν, &c. παιδιῶν. Nã Lyſandræ amator fuit Daphnæus, ut ſub initium libri fertur: quanq̃; παιδικῶν etiã legi poteſt, uel παιδειῶν. Mox φθέγγεσθαι τὸ σῶμα. uerbũ φθέγγεσθαι locũ non habet, legendum eſt aut φέγγεσθαι, illuſtrari & ſplendore affici, uel potius φλέγεσθαι, incendi, calore ſcilicet intus membra & uiſcera urente. Nam φέγγος & ὠχρότης, quæ ſtatim memoratur, non conueniunt ſanè in eadem ſuperficie: at intus calere, foris pallere, etiã in morbis uidemus hoiẽs Verba Sapphûs ſunt, et Catulli interpretatio, in omniũ manib. pro quib. hîc aſteriſcus extat. Et quæ ſequuntur planè ſunt deprauata. Quod ad Menandri attinet locum:

ψυχῆς' ὁπλη γεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται.

Verſum eum ſic corrigo, & impleo moto aſteriſco, ſicut alibi me legiſſe memoria recolere potui, & extat inter Comicorum λείψανα. Quæritur quî fiat, quòd amore alij corripiuntur, alij non? reſpondetur, morbum animi eſſe cauſam, cur ſagittæ Cupidinis uulnus infligant graue. καιρὸς enim lethalis uulneris ſigni-

ficat hîc opportunitatem, unde πληγὴ καιρία.

416. 19. Epacriorum.) ἐπακρίων. Vide annotata in Solonem, in Onomaſtico noſtro Suidam in Πάραλον, & alios.

ib. 30. Alcæus negat.) legendum eſt οὐχ' ὥσπερ ἔφη. niſi uehementer fallor. Eſt enim ἀντίθετον. 417. 12. Diſertè.) In illo ἀριζήλως, alluditur ad ultimum uerſum Odyſſ. μ. Quæ ſequuntur, intelligi poſſunt, corrigi & expleri ſine codice non poſſunt.

420. 11. Daphnæus. Audite.) ἀκούετε ὅπως. Non credo hîc quicquam deeſſe, quanquam aſteriſcus hoc innuit. infrà καὶ ἰωργίαται ſuſpicari poßis καὶ ὠργίασται ſcribendum. Cæterùm uel lippus uideat, Gorgûs hiſtoriam non eſſe finitam, & multa, ut & aliâs, periiſſe. Et quæ ſubſequuntur itidem malè ſunt affecta, & ſine boni libri ſubſidio inemendabilia.

424. 1. Græciam inflammauit.) ὑπέφλυγε. Nihil diceret qui ſic loqueretur, non enim fugit, ſed attraxit Lais Græcos. Legi ergo ὑπέφλεγε iamdudum, quod cùm idem placere doctißimo homini Guilielmo Cantero ſenſiſſem, poſtea ex eius nouis lectionibus, fuit mihi gratißimum meam opinionem ipſius εὐστοχίᾳ confirmari. Addo, mihi uideri immeritò huic narrationi iniectũ aſteriſcum. nam ſicut poëtica uenuſtate Acrocorinthi epitheton eſt inſertum: ita non uideo cur tot procorum numerus non potuerit μέγας στρατὸς figuratè dici. adeóq; cùm habeat ſua caſtra cupido, ei merentes στρατὸν dici quæ inuidia eſt. Obiter moneo, Pauſaniam ab Athenæo perhiberi, qui hîc eſt Hippolochus nominatus. libro XIII. δειπνοσοφιστῶν, refertq; is ligneis columbis, quæ Veneri eſſent dedicatæ, cæſam fuiſſe Laidem. Götzen ſeind nit böß, huoren damitt zutodſchlagen. τοῦ καλοῦ Δικτ. lege καλουμένου. quid enim rei eſt ὁ καλὸς Δικτάτωρ; Mox. Κάμμαν. lege pro Καμίμαν. Eandem hiſtoriam habes in lib. de uirtute muliebri fol. 191.

429. 9. Volebat enim.) ἐβούλετο γὰρ τῷ. non ratio hîc, ſed uerba Plutarchi deſunt. Volebat (inquit) eiulatu uxoris confirmare de morte ſua opinionem, ut nimirum deinde inueſtigatione ſublata tutiùs euaderet. Tacitus libro XX. Epponiam uocat, ut quidem

*quidem hodie legitur. apud Xiphilinum è Dione in Veſpaſiano Peponila legitur. de uoce diſputare non uacat.*

## IN LIBRVM DE FACIE QVAE in circulo lunæ apparet.

*NEq; hîc neq; alibi, ubi tot lacunæ ſunt, tot defectus, tot mēdæ, iniquus nobis eſſe debes, Lector, ſi tua adeóq; noſtra etiam uoluntate minus præſtitimus. Nam neq; affingere noſtra Plutarcho debuimus uerba, quod non tam oſtentationis eſt arrogantis, quàm temeritatis inſolentis: neq; ipſius uerba codicum ſubſidio demto reſtitui poſſunt. Spero tamen quædam impedimenta nos ſolertibus cōiecturis uſos ſummouiſſe, ut expeditior multo atq; ante hac huius libri tibi (quod idem in ſympoſiacis, Erotico, alijsq́; factum à nobis depræhendere potes) eſſe queat lectio, id quod te boni cōſulere par eſt, nos monuiſſe opus habuimus. Carere initio librum, quod eſt eſſe ἀκέφαλον, non eſt obſcurum. Syllæ huius etiam in alijs libris eſt mentio noſtri Plutarchi.* 431. 28. Quod cæcutire.) *ὃ* καλοῦμεν. fortè ὃ ἀμβλυώττειν καλοῦμεν. Mox ἡ δὲ λαΐνα σελήνη. Verſum corrigere uix auſim, etſi fortaſſe pro ἡ δὲ ſcriptum fuit à poëta ἢ δ' αὖ aut ἡδ' αὖ: ſed pro λαΐνα, minimè dubium eſt, legendum eſſe ἱλάειρα. Lunæ enim nomen eſt ἱλάειρα, quod non Heſychius modò annotauit, ſed etiam uerſus extat Empedoclis in Simplicij in Ariſtotelis Phyſica commentarijs.*

> Ἡ δὲ φλὼξ ἱλάειρα μινυνθαδίης τύχε γαίης.
>
> Obtigit & flammæ lunari portio terræ.

*Iam Apollodorus bibliothecæ li. 3. Phœbem & Ilairam Leucippi & Philodices Inachi filiæ filias facit, quarum hanc Caſtor, illam Pollux duxerit uxorem, quod idem eſt apud Scholiaſten Homeri Ilia. γ. ad uerſum 243. atqui Phœben uocari Lunam notiſsimū eſt, minimeq́; fallit poëtarum fabulis etiam aſtronomica fuiſſe antiquitus inuoluta. quid quod Plutarchus ἐτυμολογῶν hoc loco, Lunæ nomen παρὰ τὸ ἱλαρὸν deducit? Non ergo iam ſaxeam lunam, ſed renidentem & ſuauiter fulgentem habēt lectores: reſtitutamq́; ſibi Empedoclis ſententiā. et ὀξυβελὴς ſuſpicor, non ὀξυμελὴς legendū.*

In Ageſinactis uerſib. pro κοῦρος legi κούρης, & τὸ δ᾽ αὖτα ἐοι-κεν ὀρ σύθῃ. quanquam ualdè dubito de uoce ὀρσυθει.

432. 31. Arcum cœleſtem.) ὥσπερ ὄων τὴν. * pro aſte-riſco ſufficit ἶρω, & pro καὶ * ξιν, poteſt legi καὶ σύνταξιν: & pro πεισθεὶς, ὑσθεὶς.

433. 26. Quanquam mî.) φίλε πριαμ *. Legendum uidetur φίλε λαμπρία, πολλοῖς. & uerti potuiſſe ſine aſteriſco. Quanquam hic, mi Lampria, multis. mox pro ὡς φατὶ ſententia uidetur ſubijcere ὧ ὃ φατὶ.

439. Commune ſit leuium.) τῶν ἀναφορῶν. hanc uocem non probo, reponendumq́; ſuſpicor ἀνωφόρων. quale mendum alibi quoq; notauimus. Et pro πρὸς ἀνέμους, legendum πρὸς ἀλλήλους, nihil enim hic uentis opus eſt. pro ἔπεσιν ἔπον.

443. 12. Mutarentur, concentum.) μεταστῆναι ἁρ-μονίαν nihil puto deeſſe, ut & poſtea καταδεδουλωμένας ἕξεις καὶ δόξας ſi legas, nihil deerit. Verba ſi rectè habent, paßiuum atticè ſignificat actiuè, itaq; uocat inueteratas & quaſi in habitum uerſas opiniones, quibus animi addicti ſeruiliter acquieſcunt, neq; ulterius ad indagandum uerum ſe proferunt.

444. 19. Quo non vlla alia.) legendum ὡς ἔτι τῶν ὄντων. homo, inquit, ita ut ulla alia res dici poßit, ſecundum natu-ram factus. ἐπὶ legebatur uitiosè. Verſum Empedoclis integrum poſui, ſicut habebatur 1. Sympoſ. 2.

445. 21. Quæ neceſsitate.) τοῦτο κατηναγκασμένον. Lego τοῦ κατηναγκασμένου. Quanquam hoc quidem eſt ariolari ut & in ſequentibus.

446. 22. Tum Ariſtoteles.) καὶ πάθος ἀΐδιον. deeſt ali-quid. forte ſic ſcripſerat, καὶ ὁ Ἀριστοτέλης· πάθος ἄρα ἀΐδ &c. & 35. Dedita opera.) ἔχων δὲ. forte ἑκὼν δὲ. 446. 18. Diſsipat.) Verſus Empedoclis emendari ſecundum leges me-tricas poſſunt. ἀπεσκέδασε res et carmen admittunt, ἀπεσκέδα-σε reſpuit. pro ἐστὶ αἶαν lego ἐς γαῖαν, proximum ſic:

Τόσσον, ὅσον τ᾽ οὖρος γλαυκώπιδος ἔπλετο μήνης.

pro

pro ἵϛρο * tantum ἵτορρον lege. nihil deeſt præterea.

ib.32. Permixtio luminis fieret.) γεγεννημένης legendum genitiuo fem. ſing. nõ νοις datiuo plurali maſcul. aut neutro. quod mendum fecit, ut hic locus immeritò aſteriſco notaretur, & ſæpius hoc modo hîc erat peccatum. In carmine autem mox ſubiecto αὐτῷ pro αὐγὸ ſurrepſerat. Paulo pòſt παραμηνίας, nihil eſt: puto παραμυθίας, & pro μισουρανία, μισουρανεῖ legẽdum. 451.12. Et Cydiam.) Κυδίαν. quis hic Cydias ſit, qui inter nobiles poëtas citatur, neſcio. qui mihi dixerit, grato dixerit. πρόσωπα aũt in locũ πρῶτα ex ipſo Homero repono, qui eſt Odyſ. υ. 352. de quo loco uide Plutarchomerica. poſt ἀφανὸν deeſt ὑποδῦναι aut ſimile uerbũ, nihil (ut uidetur) præterea inter κὴ τοῦτο fruſtra eſt aſteriſcus.

453. Eſt enim conus.) ἔστι γὰρ κῶνος, non κοινὸς, ſatis id res ipſa docet.

455. 14. In raris.) ἀραιοῖς ſenſus requirit, quad in ἀρχαίοις librarius ineptè detorſit pro οὐ μὴν lego ὅπου μὴ. καὶ σόλων aũt falſum eſſe apparet, cùm Homeri uerba ſint. itaq; pro ijs ſuſpicor legendum καὶ σῶζον φαρνάκη πολλὰς. mutilum. hoc uult, depræhenſum eſſe, lunam non ſemper prunæ colorem referre in defectu, ſed aliâs alium.

458. 20. Athos obũbrat.) Ἄθως καλύψει. Apud Euſtath. in Ili. ξ. 229. Legitur multo cõcinnius, Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός. de umbra huius montis uide Apollon. ἀργον. ά. Sed & cætera hîc ſunt mutila et palàm falſa, ut ἀνάβασιν pro ἀνάκλασιν, & alia, quæ annotando perſequendi ſit longum.

463. 18. Mi Theo.) ὁδὶν ὠφελῶν θέων. ſi legas ὁδὶν ὦ φίλε Θέων, locus erit integer.

465. 16. Alcmanica iſta.) Ἀλκμᾶνος. Sic hũc locũ reſtituo. Ἀλκμᾶνος. οἷα Διὸς θυγάτηρ ἔρσα τρέφει καὶ σελάνας: ὅτι τὸν δία τὸν ἀέρα καλεῖ, κὴ φησὶν. Emẽdatio ex quæſt. natur. XXIV. et fine tertij συμποσιακῶν eſt ſumta. Paulo poſt κὴ θεατοῖς.) Si legas ἀθεάτοις, quod eſt imperitis, non contẽplatis, ſententia erit cõmoda.

468. 1. Nauibus auehi.) καὶ τὸν ἄ * fortè ἀπόπλουν,

& pro ὃν χρῆ, χρῆσθαι. & pro περιπτόμενον, πέρισπώμενον. Cæterum in libello de oraculorum defectu harum quoq; inſularum & non diſsimilis fabulæ breuiorem fecit Plutarchus mentionem. poſt ubi ante γνωμιρῥύσαντι eſt ſtella, nihil credo deeſſe, ſaltem quod ad ſenſum attinet. fortè οἷα δὴ aut ἅτε exciderat. ſed & pro multis alijs poteramus uerba ſupplere, quibus ſenſus integri fierent: niſi Plutarchum nos non eſſe cogitaſſemus. infrà pro ἕνιςι * τὸ, lego ἕνιςί τι.

474. 2. Vndiquaque amplectitur.) πέρι πλύπου. fortè περιπλύασσα, & τύπον pro τόπον. ſed ſuperius περισφόνης ἐκ αὐτίχθον@ uide quid ſit.

ὑπὲρ γῆς.) ὕδεαν ſentẽtia requirit. In fine libri μίγα πέρας Luna dicitur, κέρασμα uidetur interpres legiſſe, mixturam. qui ſenſus loco congruit. & ſuprà σύγκραμα appellabatur.

## IN LIBRVM, CVR PYTHIA nunc non reddat metrica oracula.

Colloquium eſt Baſiloclis & Philini, quod quantum potui, perſonis notatis diſtinxi. Sed & cenſuras noſtras quaſdam minutulis & apertis mendis omiſsis, apponamus.

478. 8. Lintea pexa.) Κωμοσίων. Ex ipſo Homero locum integrabis Odyſſ. κ/. 107. infrà τὸ δὲ * πιπ. legerem τὸ δὲ ἐκ ἐκπιπονῆσθαι, &c. poſt uerſus 6. καὶ τισιν εἰς τό: excidit aliquid.

479. 26. Vnà cum voce.) μετὰ τῆς αὐτῆς. fortaſſe αὐδῆς. & ante ἀκοῦσαι pro ἀκοῦσας.

483. 1. Tale eſt oraculum.) καὶ ταῦτα. Legendum οἷα καὶ ταῦτα, uel καὶ τοιαῦτα. Oraculum ipſum ex Laconicis Pauſaniæ & Ageſilao & Lyſandro noſtri corrige. pro βάκχιδις ſuprà, lego βακίδις. Bacidis oracula extant multa.

ibidem 32. Alioquin etiam.) ἐπεὶ τί ſi legas, hunc locum ferè correxeris aſteriſco ſublato. Notus autem eſt Epicuri liber,

ber, κυρίων δοξῶν ex alijs Plutarchi multis locis, Tullio 2. de Finibus, Laërtio, alijs.

486. 14. Achæi nomine.) Ἀχαιὸν ὀνομᾶσαι. Nihil deeſt, itaq; aſteriſcum amoue, & θεὸν à Theone malè repetitum. Sed & alter aſteriſcus inter ἀνέθηκε et πόλιν iniuria locum integrum afficiebat. Supro pro Κλεοβούλην lego Κλεοβουλίνην ex alijs locis, et Sympoſio 7. ſapientum, quæ tamen Corinthia neſcio an fuerit, cum conſtet Lindium fuiſſe Cleobulum. Cæterùm Lædam Nemeſin fuiſſe dictam, intelliges ex ijs quæ Iunius 1. 15. animaduerſorũ diligenter congeſſit. Ego tamen non putaui mutandã μνησινόην, cum fieri potuerit ut tria nomina habuerit: quando Olympiadi tribuuntur quatuor.

490. 34. Mulierum oſoris.) μισοῦν γὰρ Ἡρακλέους. legendum puto μισογύνου, oſoris mulierum, idq; fabulæ huic conſentaneum eſt, & ex Propertij lib. 4. Macrobio 1. 12. Saturnal. alijsq; ſcriptoribus notum eſt Herculem ſuis ſacris mulieres arcuiſſe. Deeſt antè aliquid. infra in uerbis Heracleti, ὅτ' ὄναξ, lego ὡς ὦναξ.

493. 27. Tanquam è ſcena.) ὥσπερ * ἐκ θυμέλης. nihil ad ſententiam profectò explendam, deeſt. Sicut nec inter ἐνώδου & γῆρων. ac fieri poteſt ut uocum quarundam imperitus ſibi defectus in mutilato ſæpiuſculè alioqui libro quoſdam finxerit. De loco Euripidis uide annotationum decimamtertiam in Eroticum. Deniq; inter μαντικὴν quoq; & γεγονέναι puto temerè ſignum loci mutilati poſitum. Suprà Pandarus autor fit uerſiculi Θεοῦ θέλοντος, &c. ualdè metuo ne ab altero Pandaro perperam in hanc translatus coloniam. Citatur ἀνωνύμως ab interprete Ariſtophanis in Pace & alibi. Iam illud de Batto Romam ueniente inſolens eſt. hiſtoriam require ex Herodoti quarto libro In reliquis ſecutus ſum ſententiam, & meas coniecturas.

495. 5. Opiliones, aratores.) ἀρόται. aſteriſcum tolles, ſi pro eo ponas μηλοβόται, & ὀρνιθολόχοι legas. locus enim Pindari extat Iſthm. oda 1.

Hoc oraculum extat in uita Lyſandri apud noſtrum, ſed quibuſdam uariantibus, quæ lector ipſe comparando intelliget. de Batto ex Herodoti Melpomena locum integrabis. Verſus de Galaxio in fine diſponat & emendet qui poteſt.

## IN LIBRO CONTRA Coloten.

501. 28. Admodum probo Neſtorem.) οὐ γὰρ ἀγαμ. ſenſus eſt apertus, improbari inſtitutum Neſtoris, qui delectum ſorti permiſit. Locus eſt Iliad. η. 171. paulo pòſt προβάλλοντος * ὑσιως, ἀιαθήσεως. fit & infrà huius rei mentio. Apparet Socratem, qui diceret nihil ſe ſcire, interrogatum fuiſſe cur ergo non fenum eſſet, ſed panem, ſi horum diſcrimen ignoraret?

503. 21. Qui ad non uiuendum.) ἐπὶ τὸ μὴ ζῆν. malè legebatur μᾶζον, & ἐπιὼν pro εἰπών. quos errores totam ſententiam peruertentes tollere licet, ueſtigia ueræ lectionis ſecutum.

505. 7. Polyænum.) πολύαινον. Legebatur πολύδινον. Ego autem Polyænum intelligo, Epicuri familiarem ac ſocium, qui (ut eſt apud M. Tullium in Lucullo & libro primo de finibus) ei aſſentiens totam Geometriã falſam eſſe credidit, cùm fuiſſet antè magnus Mathematicus. Cæterùm γλοῦκος ἀυλητήειον quid rei ſit, non ſcio uidetur autem ſenarius eſſe Comicus.

206. 21. Proinde cœno.) καὶ τὸν 7. * uox una deeſt, quæ cœnum aut aliquid tale notet.

ib. 32. An ſit mortuus.) ὡς * ἐστιν. Lego ὡς τεθνηκὼς ἐστιν. mox καὶ δ. αφόρους. ἀδιαφόρους malim. quæ n. ijs omnib priuata ſunt, quib. hîc atomi priuãtur, ea differentiam habere nullam poſſunt.

507. 10. Omnemq; affectionem.) καὶ * ὑπάρχειν. lego καὶ ἀπαθῶν ὑπάρχειν. nam & ſuprà hæc coniunxerat.

ibid. 26. Poculo accepto.) ἐστι δὲ ὅυς * hîc hæretur. Videtur autem dicere, Epicurum putare licere in philoſophando principia ponere, & deinde quæ ex ijs neceſſariò conſequuntur, negare, aut ſaltem diſsimulare (ſicut ipſe uerbis deos affirmabat eſſe, qui nulli eſſe poſsũt, ſi uera ſunt principia philoſophiæ Epicureæ:

Pieta-

*Pietatē eſſe nō negabat; cùm ex ijs quæ diſputabat, neceſſariò nulla erat pietas futura, ſublatis dijs & prouidentia) quaſi uerò ſicut cū bibimus, bibere licet quantū uolumus, reliquū omittere: ita liceat hîc poſitis principijs ea quæ inde abſurda ſequūtur repudiare aut diſsimulare.* Quorū principia.) *ut ebrietas neceſſaria eſt nō per ſe, ſed ob multum uinum ingeſtum, quod ipſum poterat non ingeri, ingeſtum non poteſt non crapulam inducere: ita uolentes, non coacti facimus ea, ob quæ neceſſariò deinde ſumus miſeri. De hac re diſputatur in tertio* Nicomachiorum *Ariſtotelis ethicorum.*

508. 24. Ita ſcripſiſſet.) *pro* πνίοντος, ἀπόντες *ſcribendum; aut* ποιοῦντος *potiùs.* σοι *pro* μοι *repone. pro* ἀστὴρ *quod planè alienum erat,* αὐτὴν *reſtitue. ſi quis tamen malit* αὐτὸς, *nō improbo. Paulo poſt* οἱ δὲ ἀκαρὲς * νῦν) *ego* εἰ δὲ ἀκαρὲς νῦν. ἀκαρὲς *intelligo* ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. & μηδ' *omnino legendum, non* μὴ δὲ. *hoc enim (puto) dicit, atomorum concurſu ne inanimum quidem aliquid, nedum animal aut hominem confici poſſe.*

509. 18. Contemperationem.) σύγκρασιν, *non* σις. *pro* ἀποδόσεις *malim* ἀπώσεις. *Cæterùm uoces* ἀθέους & ἀμλωήτους *planè ſunt abſurdæ, nihil enim ad rem faciunt. mihi planè ueriſimile fit, pro ijs legi debere* ἀποίους & ἀμίκτους.

510. 10. Corpora & inane.) σώματα ἐστὶ καὶ κενὸν *legerā. Erat* σώματα ἔτι καὶ τόπον. *Verū ego proximè inſequēte pagina cū inuenirē diſputari contra hanc ipſam ſententiā, nominatim euidenterq; τοῦ κενοῦ refutatione adiecta, nullā aliā afferre cauſam meæ lectionis opus habeo, reſpicio aūt ad periodum quæ incipit* ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς πραγματείας, &c. *Suprà* 509. 32. Quid defatigamus.) τί κόπτομεν φησὶν, *non* φύσιν *liquet me iure legiſſe. nam neq;* φύσιν *locum habet, & conſtat uerba Colotis referri.*

510. 23. Perniciesq́;.) ὀλοὸν κῆρ. *Legendum aūt* ὀλοὸν *aut* πῦρ *pro* κῆρ, *quod puto non quadrare. Sed & cætera ſunt utcunque confuſa ac manca.*

Mox. Ergo vir.) οἱ δ' ὅτι. *Verſus ſunt Empedoclei, à Colotā prolati. fortè ſic primus legendus:* Οἱ δ' ὅτι δὴ

κ.φ.μ.φ. αἰθέρι κύρει. τὸν * γενέσθαι, fortè τάδε φασὶ γενέσθαι. pro ἐπιφημὶ lego ἔτι φημί. 511. 15. Aut vllam rem peſſum.) ἤτε ſcribo pro ἤτοι, & α adijcio ad παύτη, ut metrum conſtet, niſi ſpondaicum uelis nimis durum. In tertio loco poſitis πρὶν δὲ παγέντε, lego πάγεντε: ut ſi ἐπάγησαν, ἐμίχθησαν, pro λυθέντος ſuſpicor ὡς λύθεν, id eſt, ἐλύθησαν, διεκρίθησαν. Sed hæc ueriſimilia ſunt in obſcura re. fortè alibi alia melior correctio inuenietur. noſtra quidem hæc coniectura ſenſui congruit.

513. 28. Aut verum.) Exiſtimo harum rerum diligentem lectorem optimè facturum, ſi præter Ariſtotelea Simplicium excutiat in α. ἀκροάσ. φυσ. permultos Parmenideos uerſus referentem. Sed eorum qui citantur hîc, alterum corrigere ex Laërtio, & complementum aſteriſci loco ponere licet. Sic enim habet:

ἡ μὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ.

alter Laërtiana uulgata lectione meliorem habere uidetur.

514. 6. Idearum tract.) non ἤθη, ſed εἴδη locus hic requirit.

516. 1. Seorſim factum.) legendum eſt ἰδίᾳ. nam ἰδέα huc nihil pertinet.

ibidem 12. Intelligibile demonſtrat.) ἀλλὰ τὸ νοητόν. Deeſt uerbum δηλοῖ, ἐνδείκνυται, aut tale aliquid. παρορᾷ n. ἀπὸ κοινοῦ ſi repeteres, planè contrarium eius faceres, quod Plutarchus uoluit.

519. 9. Ad euidentiam.) hoc eſt, τῶν ἐναργῶν. Legebatur ἐναγῶν. Sed nota eſt uel ex Cic. in hac diſputatione ἐνάργεια.

522. 3. Alterum de altero.) ἕτερον ἑτέρου ἄλλη κατηγορεῖσθαι erat, ſed pro ἄλλη ego ſententiam ſecutus, μὴ legendum ſcio & ea quæ ſequuntur.

ib. 19. Ob arationis futuræ.) προτέλεια θύσομεν. et mox repetitur uox hæc προτέλεια γάμου, quod agnoſco eſſe genuinum. nam præter alios etiã Plutarchus noſter diſertè meminit in narrationib. amatorijs. prius ergo illud mẽdum eſt. legi itaq; προηρόσια, quod ſacrificij fuit genus quale expreßi. Meminit huius ſacrificij

ex

ex Hypride Harpocratio, explicat copioſè Suidas, niſi quod ἀρόφυ pro ἀρότυ uitioſè legitur. deniq; προηροσίαν Cererem noſter in ſeptem ſapientum conuiuio nominat. itaq; dubito, quin rectè correxerim etiam hunc locum.

523. 3. Nam ſi idem.) εἰ μὲν γὰρ. Nihil hîc puto deeſſe. & ἑτόρυ eſt pro ἑτόρυς. ib. 26. Suæ ætatis.) καθ' ἑαυτὸν, opponitur enim τοῖς πάλαι. aliâs οἱ καθ' ἑαυτοὺς eſſent, qui ſeipſos philoſophos putarent & perhiberent. cætera ualde ſunt uitiata. 524. 7. Mel auerſentur.) δυσχεραινόντων. non dubito quin pro aſteriſco reponendum ſit τὸ μέλι, cum & reliqua eodem repetantur ordine.

525. 23. Illi nihil præter.) ἐκεῖνοις δὲ τὸ. non uideo cur aſteriſco locus hîc ſit notatus. & εἴτις pro εἰ τὸ ſcribo, liquet. quanquam locus uidetur decurtatus.

528. 14. Voluptate caret.) πάχειν τὸ μὴ * Suppleo ἥδεσθαι. ὥστε in ὡς τὸ mutat ſenſus. poſteriore aſteriſco deſunt uerba furijs agitati cuiuſdam. βουγενῆ ἀνδρόπρωρα etiam Empedoclis apud Ariſtotelem referuntur 2. Phyſicorum.

531. 10. Quæ nunc inuiti.) ἀκόντες, non ἀκούοντες, notum eſt Xenocratis dictum: & opponi hoc debet ijs ποιοῦντες ἑκουσίως. ἀναιρεθῶσι legendum, pro αἱρ. ſicut paulò infra rectè eſt ἀρθέντων νόμων, ſublatis.

532. 36. Faciliùs vrbem.) ἀλλὰ πόλις. Legebatur μόλις & λύκλον, ubi nos κύκλῳ: & πινῆς, ubi ποινῆς legimus, & alia id genus.

## IN LIB. DE COMMVNIB. NOTICIIS.

537. 2. Euerſoresq́.) ἀναστρόφους. Liber habet ἀναστροφοῦς, ſed ſententia oſtendit correctionem. ib. 25. Si verò tibi.) Εἰ δὲ οἱ ποιηταὶ. dubium non eſt, quin ante hæc uerba plurimum exciderit, adeò cum ijs non cohærent. uidētur q; Diadumeni potiùs quàm Lampriæ eſſe uerba, ac reſponſio ad dicta huius.

ibidem 32. Neminem alium.) μηδένα νήφοντα. Notum eſt Catonis dictum, Cæſarem ſobriū ad opprimendam remp.

acceſsiſſe. itaq; legendum eſt μηδένα ἄλλον νήφοντα. Valde lacer eſt hic liber, & perſonæ diſtinctu non faciles, itaq; multa coactus ſum relinquere, quibus mederi non poſſem.

539. 24. Cum natura conſentire.) ἀγαθὸν μέγιστον. Opitulatus fueris huic loco, ſi pro μέγιστον conſtructionem turbante legas μέγιστον, & ἀγαθῶν malim. Summum bonum putabat Chryſippus eſſe τὸ τῇ φύσει ὁμολογεῖν, cùm ipſam φύσιν bonũ planè eſſe negaret. id cùm aliunde, tum ex ſequentibus intelligitur.

540. 10. Aiunt enim idem eſſe.) αὐτοὶ τούτῳ τὸ. Locus mutilus. altera enim pars comparationis deeſt. Verbi gratia, paria officia dicebat Chryſippus, à formoſiſsima muliere & ætate integra, atq; à uetula decrepita abſtinere. Scio Chryſippũ uetulam habuiſſe contubernalem. ſed ad eam hæc an ſpectent, dubito. αἰνύμενθα χθονὸς.) Sic alibi ſæpe Plutarchus ex Simonide, atq; etiam Plato in Protagora itaq; aſteriſcũ una uoce integrata tolles.

541. 9. Sternutaſſe.) ἔλαβε πταρνυμένου δέ. apparet locũ eſſe mutilũ. Sed ego lego ἔλαβε πταρνυμένου Δίωνος, &c. & nihil requiro. σφυρίζειν neſcio quid eſſet, etſi σφυρὸν noui. puto σφαιρίζειν.

546. 2. Aſini circumferre.) τὸ δὲ * περιφέρειν. pro aſteriſco uocẽ ὄνου reponendũ uidetur ipſa ſentẽtia monere. infrà ubi de Socrate et Melito, Cleone & Pericle, locus non eſt integer.

549. 27. Et rebus noſtris.) καὶ τὰ ἡμμέτρα, uox planè aliena, lego ἡμέτερα, ut opponatur cœleſtibus. ἡ δὲ τῆς γῆς.) Locus eſt deprauatus.

551. 21. Quando nos etiam.) ἀλλὰ τῆ γένεσιν. uerba emendare non poſſum ſententia eſt: Nos qui ſecundum Stoicos deſtituimur cum ſapientia etiam aliorum bonorum poſſeſsione, tamen intelligimus quid ſit bonum, quid felicitas. Fortè legendum, ἀλλὰ τούτου γ᾽ ἕνεκα οὐκ ἀπολέλοιπεν νοεῖν τὸν φρόν. Sed uox γένεσιν, quod ex præcedentibus & ſequentibus conſtat, ſtare poteſt, extritis alijs quibuſdam ſuperſtes.

ib. 29. Cõtra cõmunes.) omnino παρὰ legendũ, non κατὰ.

552. 16. Et felicitatem.) ſententia εὐδαιμονήσειν, liber

φυδοκιμήσειν ſuggerit.

553. 24. Mutilati.) excæcati potius, uel oculis capti. Hoc loco πληρούμενοι uox eſt aliena: pro qua πεπηρωμένοι aut τυφλούμενοι malim: neq; enim πληροῦσθαι, puto, huc facit aliquãto poteſt. αὐτοῖς τοῖς σοφοῖς. lego αὐτοὺς τοὺς φαύλους, & pro φιλίας, ὠφελείας.

554. 21. Si nodo.) ὀδύνας δὺς εἰς τὸν δεσμόν. εἰ repono pro εἰς ex ſententia. aſteriſcus unius uoculæ defectum notat, ut σκύβαλα, aut tale quippiam.

556. 31. Sophiſtarũ aliqua cauilla.) κυρίττοντα, non κυριεύοντα. ψευδόμενος et κυρίττων (cuius etiã alibi noſter meminit) fallaciæ ſunt Sophiſticæ, ad uexãdos homines comparatæ, ut αὐξόμενος, κροκοδειλίτης, & aliæ id genus nugæ, de quib. aliâs.

557. 11. De duobus malis.) δυοῖν κακοῖν, aut κακῶν, aut κακοῖν, ῶν legendum. nam pro tali aliquo ſubrepſit καὶ κοινῶς. Locus eſt mutilatus.

561. 33. Cunctos concubitus.) λεχέεσσι κλιθῆναι. multa deſunt: maiore fortaßis cum fructu quàm diſpendio morum. poſteriora ſunt de Iliad. ξ. 315.

564. 16. Non nũc enim.) οὐ γάρ τοι. Corrige ex ipſo autore. Sunt enim Sophoclis Antigona, & Ariſtoteles quoq; ijs utitur. 565. 32. Quod ſol lunam.) In Græco hæc multi ſunt aſteriſci, utinam uerò omnia tam eſſent, atq; eſt meo iudicio hic locus integer. modo pro ὅτι ἔτι legas, ut & alibi eſt depræhenſum. mox τὴν τῶν προλ. lego τὴν περὶ τῶν θεῶν πρόληψιν.

567. 6. Et auerruncator.) λύκιος. Hoc epytheton Iouis ut concedam eſſe (quod ægrè faciam) tamen huc nihil quadrat. itaq; arbitror λύσιον fuiſſe ſcriptum, auerruncum aut potius liberatorem, & qui malis irretitos ſoluat. Pollux lib. 5. cap. 26. dæmonas qui diras auerterent & irritas facerent imprecationes, λυσίους inter alios refert, ut tale Ioui epitheton etiam alicubi tribui potuiſſe, non abſurdum uideatur. τοῖς οὖσι καλὸν) κακὸν lego. Sed & reliqua malè habent. 568. 8. Iam mundum.) ἀλλὰ μὴν τὸ νῆκος. νῆκος illud in Stoica philoſophia uix

credo locum habere, & omnino de cœlo loquitur. fortè τὸν μὲν κόσμον. non ualde abludunt elementa. & qui ſequitur aſteriſcus, non uidetur iure poſitus. Eſt enim τοῦ σπόρματος etymologia. pro ἐν φύσεσιν, ἐκφύσεσιν lego. reliqua lacera ſunt, ſententiæ non admodum periclitantur. quid εἷς ποιὸς, δύο ποιοὶ ſint non aſſequor. & periculoſum eſt ſua pro alienis dicere.

578. 27. Ab Epicharmo.) ὑπὲρ Ἐπιχάρμου. ὑπὸ legerem, ſuprà ante πλήθρων deeſt φθάνει, παρῆλθε, aut tale aliquid. Salebroſa ſunt pleraq; omnia & liber fine truncatus. Quæ non annotaui, de ijs quid ſentirem, è uerſione mea intelliges. quæ ſicubi tibi non ſatisfacit, cogitare debes ne mihi quidem ipſi in tam obſcuro libro me ſatisfeciſſe.

## IN LIB. DE GENIO SOCRATIS.

INitio. Καφεισία * deeſt μέμνημαι, aut tale quippiam. Sed & hîc lacunæ ſunt quæ codicis opem requirant. 584. 36. Cum virtute.) πρὸς τὴν τέχνην ἔχοντος. Lego τύχην. notum eſt uirtutem & fortunam cauſas diuerſiſſimas, ſæpe ſimilimos producere effectus. quod de fortuna Romanorum & Alexandri inſcriptæ cōmentationes autoris noſtri ſatis docent, ne alios adducam teſtes.

585. 27. Sodalicio.) ἑταίρειας * ὑμῖν. Hîc quidem nihil deeſſe arbitror: locumq; aſteriſco liberandum.

586. 16. Vt ſuſpicione.) ante τὸ ἀνύποπτον, διὰ ego inſerui. nam uoluerunt ipſis tyrannis in colloquia ſua adſcitis, eò faciliùs ſuſpicionem de conſilijs in tyrannos ſuis auertere.

587. 7. Ad virtutem.) πιπ. πρὸς ἀρετὴν. deeſt δυνομένων, aut uox affinis. Cætera ſunt hiulca.

588. 6. Qui exſules venturos.) γραμματεύων * ἥξειν. deeſt εἰδὼς τοὺς φυγάδας ante ἥξειν aut tale aliquid. Confer cum his quæ ſunt in uita Pelopidæ, nomen Philidæ uariè ibi & hîc ſcribitur, per υ & ι. & λ geminum ac ſimplex.

ibid. 27. Haliartius.) φειδόλαος ὁ τῖος. quod gentile cuius loci ſit, non inuenio. & ſanè grauis uidetur coniectura, Ἁλιάρτιος legendum. Nam Alcmenæ monimentum fuiſſe apud Haliartios,

ex

*ex Lyſandro Plutarchi ferè ultimo cognoſci poteſt. In Ageſilao huius rei nulla ſit mentio.* 589. 15. Ira numinis.) *μήνιμα τοῦ τάφου legendum, non μνῆμα. quod ſefellit interpretem, & paulo poſt ἀπείρους ἱερουργίας in ἀπύρους mutari oportet.*

590. 34. Cùm ibi tunc vnà.) *προφήτην * ποτὲ. lego ὅπου τότε. ante ἡρακλεία deeſt καὶ ταῦτα τὸν.*

592. 6. Et præclaro.) *προαιρέσεως * ἐξ. Nihil deeſt ad ſenſum, ſi poſt γυναῖκας inferatur δὲ, & loco aſteriſci legatur, ἔστι δέ τις. quis fuerit, infrà comperies.*

593. Iam Socrates.) *σωκράτης omnino legendum, non ους. Vbi ſtella eſt, uidetur ſenſus eſſe: Socrates iam progreſſos ſocios reuocauit, & indicauit, ſe à ſuo genio monitum aliò diuertere. aſteriſcum ante θαυμάζοντας non probo.*

594. 27. Terpſionem.) *Τερψίωνα δέ. puto Τερψίων δὲ ὤν. niſi quid deeſt. Megarenſem fuiſſe Terpſionem conſtat uel ex Phædonis initio. Porrò παρόντος, pro παρόντος, κωλύομεν pro κωλύειν, παρεῖσθαι legendũ pro προσεῖσθαι apparet. Iā Σωκράτους ἀφορμαὶ mihi non placent. malim αὖ ὁρμαί. & ad aſteriſcum deeſt ἐμβριθὴς, aut tale quippiam. παίζοντι) forte παίζοντι δὲ χρῆσθαι καὶ ἀπ. paulò poſt ὧδε ῥητίστης locum uidetur notare qui ῥητίστη uocetur. Sunt & ἀλγηδόνες poſitæ, ubi κληδόνες ſcriptum fuiſſe uel hæc ipſa pagina potuit monere. Eſt & φάσκεσθαι, pro quo non dubitaui πέσθαι legendũ. & pro κυβερνήτη πελάγους, forte πελαγίου, niſi ſi quid deeſt uel ad πελάγους uel ad ὄρνιθος pertinens.* 596. 10. Non magna.) *καθ' αὑτὸ * pro aſteriſco aliquid tale reponetur ex bono libro fortaſſe, μεγάλου δὲ συμβόλου.*

598. 16. Amicis negocium.) *ἐπίσκηψε. exciderunt hæc uerba τοῖς φίλοις, & pro εἰ τὰ λείψανα, εἰ δὲ μὴ τὰ λείψ. legi, ut expedirem narrationem. Paulo poſt pro γράμματα repone meo periculo ipſo hiſtoriæ tractu monente. ex qua quot menda poſſint huius libri corrigi, mea te docebit uerſio.*

606. 32. Vſq; ad portas.) *legendum μέχρι πυλῶν. niſi πλουτῶν proprium eſt loci nomen, quod non puto, optimo, id iure in*

πυλῶν contuli. Proximos autem abhinc duos aſteriſcos tollo, cùm non poſſim ne ſuſpicari quidem aliquid deeſſe. Veniam librarij tam bona fide reddidiſſent nobis quæ inuenerant integra, quàm facilè aſteriſcos pro incolumibus locis nobis ſubdiderunt.

609. 17. Contorum ictus.) τῶν * ὄντων. Lego τῶν ἀκόντων, ἀσπίσι, &c. ad proximum aſteriſcum ſic lego, μὴ μύθους λογίσωνται, ὥστε σιωπᾶν ἄμεινον.

612. 33. Doloribus ad brutam.) εἰς τὸ ἄλογον. Legebatur perabſurdè ἄγγελον.

614. 11. Hermodori.) Ἑρμοδώρου. Plin. 7. 52. uocat Hermotinum, itemq; Lucianus muſcæ encomio, & alij. Simile de Aethalida refert Apollonius ἐ ἀργοναυτικῶν. paulo poſt συνορῶντα optimè ad ſententiam congruit, non συνδρῶντα. & κοιμωμένη pro κοιν.

617. 18. Citra ſuſpicionem.) μᾶλλον ἔχουσιν. deeſt ante hæc uerba οἵτινες, uel οὗτοι γὰρ. Sed & ante καὶ διαλαμβάνων deeſt aliquid.

619. 3. Obteſtor.) ἐπισκήπτων, mandans, iniungēs, quid enim ἐπισκόπτων ſit. ſed συμπόσιον uox eſt à negocio præſenti ualde abhorrens, pro qua συμβῆσον. Infrà σύγγνως ὑποστρέφηται.) Ferri hoc poteſt. malim tamen legere ὑποστρέφοιτο, ut eſt hac ipſa de re in Pelopida. Inde πρὸς ἀλλήλους.) ἀλλήλους aut tollendum, aut in ἄλλους mutandum, uel αὐτούς.

621. 31. Mulieres accederēt.) πρέπουσι. παρεῖσι legendum puto. Sed & ἐπιδημίαν non probo, niſi ſi ἀκύρως pro aduentu quis uelit poſitum. ἐπιθυμίαν malim. pro Θεόπης poſui Θεόπομπος è Pelopida. χρήμασιν ἀπέκτειναν. Locus lacer Lyſanoridam mulctatum Peloponneſo abijſſe, reliquos duos harmoſtas à Spartanis capitali ſupplicio de iudicum ſententia affectos, eſt in uita Pelopidæ.

## IN LIB. DE HERODOTI MAlignitate.

625. 10. Herodoti multos.) πολλούς. Nihil deeſt opinor.

nor. Ante μάλιστα tale aliquid deeſt ἢ ἐπειδὴ, & ἀμύνεσθαι fortaßis ſcriptum fuit.
628. 21. Primùm itaq;.) δὴ * ὥσπερ, omnino nihil exci-diſſe puto. de prouerbio ἀφ' ἑστίας monui alio loco.
631. 43. Hominem indoctum.) ἀμαθῆ, non ἀμανῆ, quod nihil ſignificat. ante de Alcæo φύσιν in φυγῶν ex hiſtoria reſtitue, ex Terpſichora, & mox καταχάσασθαι legebatur. Sed ego Herodoti librum ſecutus, καταχρύσασθαι legi. Sicut & infrà κναφέα ex eodem, pro νάφου reſtitues.
632. 6. Simulatione iuſticiæ.) ἐν φύσει γενέσθαι. Locus mutilus, fortè οὐ φησιν, ἀλλὰ βασιλέα γενέσθαι, &c. Mox αὐτὸς ſcribe pro αὐτοι. ἐκκέκληκε) ἐκβέβληκε puto. Paulo poſt αὐτὸ μὴ-ἐδότα.) deeſt aliquid. turpe, malignum eſt. poſt βιβλων lege, non κύκλων. extat hiſtoria lib. Herod. tertio, folio Baſil. Græc. 93.
633. 11. Lygdamin Naxo.) ξυνάγου. uox non eſt (puto) ullius loci nomen , neq; litteris Naxo nimium abſimilis eſt uox ξυνάγου. Herodot. lib. 1. Lygdamidis Naxij meminit, qui Piſiſtratum in recuperanda tyrannide iuuerit. Ex ipſo Herodoto pleraq; poſſunt corrigi, quæ prætereo.
ibid. 33. Filios Græci.) παῖδας ἑλλήνων. deeſt ante hæc uerba aliquid, fortè nihil præter particulam ὅτι.
636. 29. Non ita iſtud conſilium.) εὔνοιαν. οὕτω inſerui ex Herodoto Ἐρατοῖ. 192. παρακουσθέντες autem ſtare non poteſt, itaq; ρ inijce, ut deceptos ſignificet, παρακρουσθέντες. Cæterùm inter γράφειν & ἐπισολικῶς nihil deeſſe arbitror, quātumuis lacuna notentur & aſteriſcus.
638. 7. De compoſito.) Πέρσησιν ἐκ συνθήματος. Verba ſunt Herodoti Ἐρατοῖ, fol. 194. inde emendato quædam, ut et ἐχθίστοις καὶ πολεμιωτάτοις, & alia. pro χέματα legi σχήματα, in Sympoſ. 2. 1. legitur χρώματα. Vide ibi.
641. 23. Quis non videat.) Locum ex autore integrato. Exſtat enim Πολυμνίᾳ 232.
643. 27. Hæc reputans.) ταῦτα δὲ δὴ, deeſt ante hæc

uerba εἴρηκε aut γράφει. ſed antecedentia ſunt hiulca. Vide eundem librum 236. 237. Paulo poſt ὄψιν ἰδὼν ἄλλην ἥραν) ἥραν nihil eſt, fortè ἱερὰν, ſacrum inſomnium, & uerè diuinum, utpote loco in ſacro oblatum.

645. 8. Contra animi ſententiam.) μαστιγούμενοι μάχεσθαι. Sic lego μαστιγούμενοι μάχεσθαι. Καὶ μάχεσθαι μὲν. Lattamias in Camillo per υ ſcribitur, & tempus rei geſtæ notatur.

647. 16. Mineruam Orientalem.) Si legas τῇ προσηῴᾳ, ut eſt in Themiſtocle Plutarchi, nihil deerit.

650. Conſulentis Mineruæ.) pro βουλῆς legendum Ἀρεοβούλης. ex eodem libro.

653. 15. Has Veneri matres.) Hæc ex Athenæi libro 13. emendabis, niſi quod pro σύνθυμάχων puto non inuenuſtè legi ἰθυμάχων, cuius lectionis hîc erat ueſtigium. Nam quod nos μύδοις habemus, ibi eſt Perſis. norunt eruditi promiſcuè utrumq; dici, & ea de re etiam Turnebus non eſt dedignatus annotare. Extat etiam in ſcholijs Pindaricis ad Olymp. hoc carmen.

655. 36. In medioq; Ephyre.) Verſus hi ſunt deprauati. Exſtant autem ſatis integri in Fuluij Vrſini æditione poëtriarũ. niſi quod ibi quoq; γεφύρα pons obſtructus eſt ἐφύρῃ, bimari Corintho.

657. 1. Hanc quondam.) Hoc epigrãma & in epigrammatum extat Græcorum farragine, & in uita Ariſtidis apud Plutarchum, quibus locis collatis, id ſecutus ſum, quod maximè uidebatur uerum. In epigrammatis legit ῥώμη χερὸς, quod prætuliſſem, niſi ueſtigijs receptæ lectionis inhærendum cogitaſſem. Cætera aliâs, DEO uolente.

FINIS ANNOTATIONVM Tomi tertij.